Anth. III, 135. ap. Wernsd. T. I. p. 187. (239.) ex Apuleii Apologia T. II. p. 484. ed. Oud. *Q. Ennius, Hedypathetica qui versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quae scilicet curiose cognoverat. Paucos versus memini, eos dicam — — Alios etiam multis versibus decoravit, et ubi gentium quisque eorum inveniatur, ostendit, qualiter assus aut sussulentus optime sapiat: nec tamen ab eruditis reprehenditur.* — Carminis Enniani index in codicibus varie legitur, *hediphagitica* vel *aedesphogetica* vel *edesphagitica*, unde finxerunt editores, *Hedypathia*, *Edesta* vel *Phagica*, *Hedyphagica*, *Hedypathetica*, *Phagetica*, *Phagica*, *Phagesia*, *Addephagia*, *Addephagica*, *ἰχθυοφαγητικά*, vel denique *ἡδυφαγητικά*, idque ipsum proxime a codd. discedit; quare praeferendum videtur. Archestrati carmen epicum, quod in latinum vertit Ennius, itidem dissimili modo inscribitur: *Ἀρχέστρατος ἐν τῇ, ὡς Χρύσιππος ἐπιγράφει, Γαστρονομίᾳ, ὡς δὲ Λυγκεὺς καὶ Καλλίμαχος, Ἡδυπαθείᾳ, ὡς δὲ Κλέαρχος Δειπνολογίᾳ, ὡς δ' ἄλλοι Ὀψοποιΐᾳ* — Athenaeus I, 7. p. 8. Dind. —

1. *Ut Clupea*] *at Clupeae* Turnebus. Scal. B. Wernsd. — Bosscha codd. lect. cum Salmasio in Plin. Exercitt. p. 794. reduxit. *mustela marina Clupea* i. *e.* a vel e Clupea.

2. *Mures*] Archestratus ap. Athenaeum III, 44. p. 212. *Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος.* — *Aenid aspra* Bosscha cum Salm. *Mures sunt Aeni aspera ostrea plurima A.* mss. *Mures sunt Aeni, ast aspra ostrea p. A.*, Turneb. B. Wernsd., quod durissimum est.

3. *Mytilenae*] versus ab anapaesto incipit, ut v. 9. Archestratus ceciuit:

Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη,
πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν.

Ms. Rom.: *mus mitylenae est pecten caradrumque apud ambraciae finis.* ms. Flor.: *mitylene est pecten caradrum apud ambracice fines.*

Turneb.: *Mus Mitylenae est, pecten aperque apud Ambraciae amnes.* Casaub.: *Mitylenae est pecten caprosque apud Ambracienses.* Scalig.: *Mitylus et pecten charadrusque apud Ambraciae amnes*, et sic vulgo. Ego Salmasii et Bosschae rationem amplexus sum, in eo tantum discedens, quod *Mytilenae* scripsi, non *Mitylenae.* Columna: *Est Mitylenae pecten aperque apud Ambraciae amnem*, quem secutus est Wernsd. Salmasius *charadrum Ambraciaï* pro sinu Ambracio positum dicit.

4. *Brundusii*] hoc versu praeceptum Bentleianum de simplici *i* genitivi substantivorum in *ius* et *ium* desinentium labefactari, Forbigerus ad Lucretii scopulum celeberrimum in lib. V, 1004.

Inproba navigii ratio tum caeca iacebat

annotavit. Ac totam Bentleii observationem fallacem esse iudicarat Im. Huschkius in Dissert. de C. Annio Cimbro p. 43. Sed fidem restituit labantem Suerdsioeus in *Vindiciis Praecepti Bentleiani*, quas *de genitivo substantivorum in ius et ium desinentium* s. 1832. Rigae et Dorpati edidit. Is versum, quem tractamus, optime emendat *Brundusio sargus bonus est*, comparans Lucilii fragmentum apud Festum v. *sargus: quem praeclarus helops, quem Aegypto sargus movebit*, et Plaut. Merc. V, 2, 99. *video ibi hospitem Zacyntho.* Nec aliter in primo huius carminis versu *Clupea* intelligitur. Jo. Val. Franckius coniecit *Brundisi* producta syllaba penultima, Graecorum *Βρενδήσιον* advocans. Hanc ego rationem minus probo.

magnus erit si] Archestratus apud Athenaeum VII, 117. p. 701.

τῆμος ἔχειν ὀπτὸν σαργὸν τυρῷ κατάπαστον,
εὐμεγέθη, θερμὸν, δριμεῖ δεδαϊγμένον ὄξει·
σκληρὸς γὰρ φύσει ἐστίν.

5. *apriclum*] piscis apriculus in eadem Apuleii Apologia p. 473. laudatur.

6. *Surrentid* Salm. *Surrenti telopen facemas gl. apud Camas quid* ms. Flor. *Surrētia elopē — apud Cumos quid* ms. Pith. *Surrētiā elopē fucernas claucum apud Cumos quid* ms. Dorv. — *ad Cumas* Salm. *apud C.* mss. Bosscha *apud* aliunde insertum et legendum putat *glaucum Cumis. Quid* etc. — *fac.* Bosscha edidit *face*, ne contra regulam grammaticorum *fac* corriperetur; sed regula ista falsa est, ut praeter alios Ramshornius docuit Lat. Gr. p. 1042.

9. *melanurum*] Schraderus, ne anapaestus in primo heroici versus pede sit, correxit

tum turdum, merulam, melanurum umbramque marinam

in Add. T. I. p. 744. Sed supra in tertio quoque versu ab anapaesto *Mytilenae* ordo incipit pedum. Nec Hermannus in Elem. Metr. p. 347. hoc fieri negat, ipsumque hunc versum pro exemplo eius rei attulit. Accedit Bosscha.

10. *polypu'*] Archestratus apud Athenae. VII, 107. p. 695.

πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι,
καὶ Κερκύρα τρέφει μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος.

In *polypo* prima syllaba longa est, quod propter observationem Casauboni, qui eam brevem esse dicit, moneo.

calvaria p. atarnae] *atarna* vel *acarne* piscis nomen ap. Plinium XXXII, 11. Lucilius ap. Gellium X, 20.

abdomina thynni
advenientibu' priva dabo cephaleaque atarnae,

ubi *cephalea* eadem sunt, quae Ennius *calvaria* dicit. Salm. vel *pinguis acarne* vel *pinguia acarnae* proposuit. Bosscha annotat: *adhucdum servo pinguia Atarnae* (quod vulgo legitur), *licet non displiceat acarne cum Salmasio.* Alii enim Atarna oppidum esse voluerunt Ionum, licet id potius Ἀταρνεύς a scriptoribus graecis vocatur.

11. *purpura* Salm. *purpuram* mss.

muriculi] *murriculi* ms. Flor. *marriculi* ms. Pith. *matriculi* ms. Dorvill. muriculi a Plauto musculi vocantur.

murex] *mures* mss.

21.

Anth. II. 39. Hi versus ad Anthologiam hanc non pertinent, cum ex Annalibus Ennii siut excerpti. Conf. fragm. Annall. p. 133. ed. Lips.

1. *desine* ex Cicer. de orat. III, 42. ubi legitur *Desine, Roma, tuos hostes* et *Testes sunt campi magni.* atque ex lib. de finib. II, 32, 106. *Desine, Roma, tuos hostis,* reliquaque praeclare *Nam tibi munimenta mei peperere labores*, ut Orellius edidit.

hostes] *tuos postes* vulgo, quia Scalig. supplebat *Desine, Roma, tuos postes ornare tropaeis.* Sed Columnae supplementum mea quidem sententia Scaligeranum longe superat: *Desine Roma, tuos hostes horrere superbos.*

2. *nam tibi munimentum* Muretus Var. Lect. XI, 1. Orellius. *namque tibi monumenta* vulgo.

3. *testes*] Nonius Marcellus p. 66. *Politiones agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta et ad nitorem deducta. Ennius Sat. lib. III. Testes sunt lati campi, quos gerit Africa terra politos.* Unde Bondam in Var. Lectt. p. 333 ex ms. Dorvilliano Nonii versum Ennii sic constituit:

Testes sunt campi, quos Africa terra politos
ipsa gerit —

Nec aliter Ciceronis verba supplenda esse dicit, neqne eo se moveri, quod Nonius hunc versnm ex Ennii satyris, non ex annalibus citet, cum plurimos eiusmodi errores admisisse eum constet. Bothius vero eadem verba sic collocat:

testes sunt
Lati (vel *magni*) *campi, quos gerit Africa terra politos*

in Poet. Scen. V. I. p. 60.

22.

Anth. II. 42. apnd Trebell. Poll. Divus Claud. 7. T. II. p. 367. Hoc quoque vulgo in Annalibus Ennii legitur, ut in edit. Lips. p. 133.

1. *quantam*] *O quantam statuam faciet, quantamque columnam Romanus populus: res quae ac tua gesta loquatur.* Columna. Aliter Bothius, qui hos versus trochaicos esse vult, in Poet. Scen. V. 1. p. 60.

Quantam statuam faciet populus Romulus, quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur?

Hi versus, si revera versus sunt, Saturnio potius numero sunt conscripti: secundus certe eorum prorsus cum regula illius metri convenit, nec aliter iudicavit Passowius (v. Encyclopaedie von Ersch u. G. s. v. Anthologia latina).

23.

Anth. II, 214. Leguntur versus in Gellio I, 24. „*Epigramma Plauti, quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum fuisset in libro de poetis primo.*"

1. *mortem aptus* mss. Reg. Rotterod. Gron. B. *mortem adeptus* ms. Ursini. *postquam est morte datus* alii mss. Scalig. Schneider Lat. Formenlehre T. I. p. 201., ita ut *morte* dativi sit forma pro usitata *morti*.

2. *deserta: dein risus* etc. mss. Ultima primae vocis syllaba in arsi et ante maiorem interpunctionem producta est. *deserta: hinc ludus, risusque iocusque* vulgo ex correctione. Cum vero Gellius ipse hoc epigramma male concinnatum putaret, vitium metri non codicibus, sed auctori tribuere debemus. Abest enim a toto epigrammate Plauti ingenium. Orellius in Eclogis p. 258. edidit *comoedia luget Scaenâ desertâ: dein* —

3. *numeri innumeri*] i. e. soluti comoediae versus. B. Tollius ad Auson. p. 313.: quippe sermo comicorum ad quotidianum usum magis erat adcommodatus quam ad numeros tragicorum artificiosos. Aliter Wakef. ad Lucret. II, 1053. qui Romanum populum intelligit, qui risum suum et ludos poeta mortuo amiserat.

24.

Anth. II. 218. Extat in Gellio I, 24. Vid. Morcelli Opera Epigraph. T. I. p. 435.

1. *tametsi p. te hoc*] hanc Pithoei et B. lectionem, qua iambicus senarius recte se habet, confirmavit Schneiderus Lat. Gramm. T. I. p. 741. Bothius Poet. Scenic. P. I. p. 101. — *adolescens, tamen etsi properas, hoc te saxum rogat* Gronovius duplici vitio. — *tametsi* bisyllabum est.

2. *uti ad se* etc.] *uti se adspicias: deinde quod quod* (errore typogr. repetitum *quod*) *scriptust, legas.* vulgo vitiose.

3. *Pacuvi Marci* mss. *Marcei Pucuvei* vulgo.

25.

Anth. II, 215. Gellius XVII, 21. *Porcium autem Licinium Servius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus — ac deinde annis fere post XV bellum adversus Poenos sumtum est, atque non nimium longe M.*

Cato orator in civitate et Plautus poeta in scena floruerunt. — Servius, de quo Gellius loquitur, idem est, quem XIII, 22. attulit, ut docuit Lion. Eos, qui Porcium Licinium poetam consulem anni 570 fuisse putant, refellit Madwig in Comment. de L. Attii Didascalicis p. 20. — Versus trochaici tetrametri catalecti.

1. *Musa*] v. Bernhardy R. Litt. p. 80 et 159.

pinnato] *pennato* vulgo.

26.

Anth. III. 246. ex Gellio XIX, 9. Epigramma graecum similis argumenti extat in Anal. Brunckii T. III. p. 160. n. 46.

1. *agnum*] interpunxi cum Lachmanno ad Propert. p. 321. qui annotat, iungendum esse non *tenerae agnorum propaginis*, sed, *agnorum, tenerae propaginis ovium. agnum* per appositionem positum intellige. — *Custodes ovium, teneraeque propaginis agnum* vulgo.

Custodes ovium teneraeque propaginis, ignem
quaeritis? ignem (ite huc) quaeritis? ignis homo est.
Si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
omne pecus (flamma est), omnia, quae video.

Tollius ad Ausonium p. 28.

4. *flamma est*] Tollius intelligebat *flamma est homo* ut *ignis homo est*.

quae video] *qua vigeo* ms. Franequeranus Gellii.

27.

Anth. III. 242. ex Gellio XIX, 9.

1. *qua nil opu'*] *qua nihil est opus nobis ibi mu sic lucet* ms. Franequer. *qua est nil opu' nobis* Gron.

2. *ibimu' sic: lucet* mss. et Salm. *ibimus. hoc lucet* vulgo.

3. *nam non* mss., quod pro *nonne* receperunt Turneb. et Lion.

4. *caelo candidu'*] candidum imbrem de nive ingruente intelligendum puto. — *imber coeli cardine* vel *imber coelo grandini'* B. *imber* vel *nimbus coelo grandine praecipitans* Piersouus Add. B. T. II. p. 748.

5. *nisi si*] *si non* Lindenbrog.

28.

Anth. III. 243. ex Gellio XIX, 9.

2. *quid mi*] *quid mihi abs te quaeram, membra labris abeunt* ms. Franequeranus.

3. *per pectus*] *per pectus manat subito mihi sudor* ms. Fran.

per pectus miserum manat subito mihi sudor;
si taceo subidus, duplo iterum pereo. vulgo.

Mitscherlichius in Analect. ad Horat. T. II. p. 709. citat in versu quarto *si taceo subitus.* — *Subido* dupliciter se perire ait, semel ab amore, semel a silentio. Subidus est vehementi oestro amoris venerei percitus, amore aestuans, flagrans. Gesnerus in Thes. s. v.

4. *duplo ideo*] *duplideo* ms. Franequ.

29.

Anth. III, 108. Lactantius Institt. VI, 5.

1. *Albine*] hic Albinus idem est, quem inter Oratores meos retuli p. 108. Sed in eo ibi erravi, quod Sp. Albinum aedilem curulem a. 636, consulem a. 644 esse dixi. Is enim, de quo nunc sermo est, longe maior natu fuit, ita ut aedilitatem a. 597, consulatum a. 606 caperet. Errasse me in constituendo annorum numero cum aliis viris doctis, ex ipso loco Ciceronis in Bruto c. 25 patet, cum ceteri quoque, qui cum Sp. Albino iuncti commemorantur, circa illud aevum florerent, non eo, quo prius putaram. Eo vero facilius error commissus est, quod Sp. Albinus, qui in Bruto c. 25 laudatur, idem esse cum eo, qui cap. 34 nominatur, putabatur. Sed in priore loco consul a. 606, in posteriore consul a. 644 intelligendus est.

verum] *rerum* ed. Iunt. Construo: *Virtus est, pretium verum rebus, in quibus versamur quibusque vivimus, persolvere posse.* ut in v. 7. *Virtus, divitiis pretium persolvere posse:* den wahren Werth allen Dingen beilegen. Vulgo post *vivimu'* non interpungitur, quod iam dudum correxerat Heusingerus in Walchii Act. Lat. Soc. Ien. T. I. p. 65.

6. *rei μονοσυλλάβως.* Wakef. ad Lucret. III, 931.

12. *patriaï prima*] *patriae prima* ed. Rostoch. *patriae sibi prima* Aldus. *sibi* insertum a correctore; abest enim utroque loco, tum VI, 5, tum VI, 19 a ms. Gothano teste Heusingero l. l.

30.

Anth. III, 136. Scholiasta Iuven. III, 143. coll. Horat. Sat. I, 62. *Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis.*

1. *specimen*] *species* mgo ap. Dousam p. 5. — *utrique* fortasse intelligendum *bona malove homini.* Sed si coniecturae etiam in abruptis, quorum intellectus, quia sententiarum nexum non amplius cernere possumus, obscurus est, probabiles esse possunt, malim cum Heinsio *ubique.*

31.

Anth. IV, 335. Donatus ad Terent. Phorm. II, 1, 57. *Columen, columna, unde columellae apud veteres dicti servi maiores domus.* Lucil. XXII:

Servus neque infidus domino neque inutilis cuiquam
Lucili columella hic situs [est] Metrophanes.

2. *columella hic*] Martialis XI, 91. ed. Schrev:

Carmina nulla probas, molli quae limite currunt,
Sed quae per salebras altaque saxa cadunt,
Et tibi Maeonio quod carmine maius habetur
Luceilei columella heic situst, Metrophanes'st,
Attonitusque legis *terraï frugiferai,*
Accius et quidquid Pacuviusque vomunt.

In aliis edd. a. 1515. 1540. 1544. 1607 legitur *Lucili columella his situs*

Metrophanes. Hemistichium pentametri ipso vocabuli fine terminari, neglexerunt aliquando poetae graeci ac latini. Et propter ipsum hoc vitium totum versum Martialis reprehendit. Conf. Santen. ad Terentianum p. 298. Schneider Lat. Gr. I. 1. p. 348. — *columella hac* i. e. sub hac columella vel cippo, Salmas. improb. Wernsd. Po. lat. T. VII. p. 5. edit. Parisina.

32.

Anth. I. 4. Sed exhibui ex Mythographo tertio, quem in T. III. Classicorum auctt. e Vatic. Mss. editorum A. Maius dedit p. 161., ubi legitur: *Plerumque deus et unus idemque non solum diversis nominibus, sed et diverso ac vario sexu dicitur iuxta illos versus Valerii Serrani Iuppiter-idem.* Emendatius sane, quam apud Augustinum legitur Civ. Dei. VII, 9: *In hanc sententiam etiam quosdam versus Valerii Sorani exponit idem Varro in eo libro, quem seorsum ab istis de cultu deorum scripsit; qui versus hi sunt:*

Iuppiter omnipotens regum rerumque deûmque
progenitor, genitrixque deûm, deus unus et omnis.

Exponuntur autem in eodem libro, ita ut eum marem existimarent, qui semen emitteret, feminam, quae acciperet; Iovemque esse mundum, et eum omnia semina ex se emittere et in se accipere. Qua causa, inquit, scripsit Soranus, Iupiter progenitor genitrixque, nec minus cum causa unum et omnia idem esse; mundus enim unus, et in eo uno omnia sunt.

1. *rerum regumque repertor*] Virg. A. XII, 829. *Olli subridens hominum rerumque repertor.* — *rerum, regumque, Deûmque Progenitor* vulgo.

Iupiter omnipotens regum rex ipse, Deûmque
Progenitor

B. improbante Klotzio in Antib. p. 56.

[illegible] *Deûmque*
Progenitor generisque Deûm

id est Heroum, Oudendorpius in Add. B. T. II. p. 701. prob. B. Sed Varronis sive Augustini locus, ubi illud *progenitor genitrixque deûm* satis illustratur, Oudendorpium a tali mutatione absterrere debebat.

33.

Anth. III. 245. apud Varronem de Ling. lat. p. 315. ed. Speng. *Cascum vetus esse significat, eo magis, Manilius quod ait*

Cascum duxisse cascam non mirabile est,
Quoniam carioras conficiebat nuptias.

Spengel corruptam igitur lectionem retinuit; alii codd. *casmareas* vel *casnareas* praebent, quod Reuwens in Coniectan. litt. p. 143, quem secutus sum, eo defendit, ut nuptiae casnareae eae essent, quae antiquissimo ritu per confarreationem institui solebant.

Caecam caecam duxisse, non mirabile'st.
Quoniam Charon eas faciebat nuptias.

vulgo ex Scalig. coni.

34.

Anth. I. 50. Nonius v. Tutanus. Varro Hercules tuam fidem p. 47. Est fragmentum ex satyra Varronis Menippea, *Hercules tuam fidem* inscripta.

35.

Anth. I. 54. Correxit galliambos Hermannus Elem. Metr. p. 506. Conf. Lennep. ad Terentian. p. 451.

1. *Tibi typana* etc. Herm. Nonius v. *tonimus* p. 49 Varro Eumenidibus: *Tibi tympana non inani sonitu matris deum tonimus.* —

Tibi tympana haud inani sonitu, Dea, tonimus.
Sonitum aeris intonamus tibi nos semiviri,
teretem comam volantem Galli tibi iacimus.

vulgo ex Scalig. Catal. p. 224.

2. *tonimus ... tibi n. s.* Herm. Nonius v. *tibinos* p. 49. Varro Eumenidibus: *Sonitus matris deum tonimus tibinos tibi nunc semiviri.* Vocab. *tibinos* ab interpolatore adiectum esse iudicant Mercerus atque Hermannus.

3. *teretem* etc. Nonius v. *iactare* p. 328. Varro Eumenidibus: *tibi nunc semiviri teretem comam volantem iactant tibi Galli.*

4. *Phrygius*] hunc versum addidit Herm. ex Nonio v. *liquidum* p. 534 et v. *anima* p. 233, ubi legitur *Phrygios per ossa cornus l. c. anima.* Mercerus malebat *Phrygios per ossa cantus* inprobante Salmasio ad Solin. p. 86. „*Phrygius cornus* pro Phrygium cornu. Sic Lucano *cornus sinister.* Tibia ipsa vel ex buxo vel ex osse, cui additum ad orificium cornu repandum. Hinc dicit *Phrygium cornum per ossa canere.*" — Nobbius in programmate de versu Galliambico p. 14. legendum statuit *Ponimus modos tibinos tibi nunc: semiviri* et annotat, mediam vocabuli *tibinus* producendam esse. Porro illud hemistichium *sonitu mater deum* (sic) a rhythmo Catulli discrepat, qui pro Ionico a minore mutilo anapaestum, non dactylum amat. Tum sequentia *teretem comam volantem iactant tibi Galli* vitio laborare apertum esse dicit. Ac cum in Hermanni collocatione verborum sex syllabarum longarum sese deinceps excipientium tarditas displiceat auribus, coniicit

tibi nunc: semiviri
teretem comam volantem iactant tibi, domina.

Nomen *Galli* ut glossam superioris versus delevit.

36.

Anth. I. 78. ex Gellio XIII, 22.

1. *Te Anna ac* etc. ms. Franequer. *Te Anna, te Peranna, te Latona, te Pales* ms. Scriver. *Te Anna et Peranna, Panda, te Lato, Pales* vulgo

Panda] v. Niebuhr. Hist. R. T. I. p. 651. Creuzer. Antiquitt. Rom. p. 199.

2. *Nerienes*] *Nerienes*, *enis* obsoleta forma pro *Nerio*, *enis*, ut ex Gellio patet. Cf. Schneider. Lat. Form. p. 148. Ex ms. Scriverii adieci *et*, quod in Franequer. deest.

Te Anna et Perenna, Panda, te Lato, Pales,
Neriene, te Minerva, Fortuna ac Ceres.

Lindemannus ad Festum p. 409.

37.

Anth. II. 18. ex Nonio v. *lucis* p. 528. *Varro Hebdomadum sub imagine Demetrii.* Varronis Hebdomadae continuere imagines clarorum virorum, simul eorum elogia, ut demonstrat Mercerus p. 775. Versus hendecasyllabi.

1. *aereas tot aptu'st*] Scalig. in Catalectis p. 220. nisi quod *aeneas* scripsit. *Hic Demetrius est catus* Mercerus. *hic Demetrius est natus* edit. 1526. *Hic Demetrius aeneu'st Athenis* Is. Vossius. Schraderum in Add. T. I. p. 728. *aereas* pro *aeneas* corrigentem sum secutus. Nusquam enim *aeneus* trisyllabum apud veteres poetas invenias, nisi forte, ubi prave ediderunt pro *aereus*, sed ubique aut *aëneus* aut *aënus*, ut Bentleius observat ad Horat. Serm. II. 3, 183. Consentit I. I. Ochsnerus ad Eclog. Cicer. p. 92, quamquam Bacchius ad Ovid. Met. VII, 247. ab eo discedit.

2. *quot luces*] *quot lucis* Mercerus. *quod luces* edit. 1526. Demetrius Athenis 360 statuas habuit. Conf. Müller. Archaeol. p. 139.

38.

Anth. II. 207. ex Gellio III, 11.

2. *quod hac*] Apud Ietas, qui insulam Io, Ἴον, incolebant, tumulum Homeri demonstravit olim candida capra, quod Manibus eius capra parentarent Ietae. Salm. ad Solin. p. 859. Iacobs. ad Anth. Palat. T. II. p. 716.

39.

Anth. II. 211. Nonius v. *linquere* p. 333. *Varro ἐν ταφῇ Μενίππου.*

1. *Menippus*] supplevit Scalig.

2. *homines omnes*] *omnes homines* vulgo.

terra pila] *terrae pila* vulgo.

40.

Anth. III. 9. Scaliger inscripsit *Fragmentum de gentibus Caucaseis.*

1. *Humanae*] Scal. Nonius v. *aritudinem* p. 71: *Varro Meteo. lib. I. humanarum. Quandam gentem stirpis conquit frigus calore atque humore aritudinem miscet.* Mercerus, qui corrigit *Prometheo liberato*,

humanam

et quondam gentem ut stirpes concoquit frigus,
calore atque humore aritudinem miscens.

Is. Vossius.

4. *dum*] Scal. Nonius v. *cortex* p. 199: *Varro Prometheo lib. Tum ut si supernus cortex aut cacumina Morientum in querqueto et arborum amaritudine* Mercerus.

viso tum suis
asper subernus cortex aut cacumina
morientum in querqueto arborum aritudine

Is. Vossius. Versus quintus omnino, sicuti Vossius praecipit, corrigi debet, cum in Scaligeri editione uno pede brevior sit.

6. *et exangui*] Scal. Nonius v. *evirescat* p. 101. *Varro Prometheo lib. XV. Atque exsanguibus dolore evirescat colos.*

7. *mortalis*] Scal. Nonius v. *vastitas* p. 417. *Varro Prometheo lib. I. Mortales nemo exaudit, sed late incolens Sattharum inhospitalis campis vastitas.*

9. *levisomna*] Scal. „*Levius mens numquam somnorinas imagines adfatur; non umbrantur somno pupulae.*

Ita corrigo; vulgo m e n s u m c u m." Beutleius ad Lucret. IV, 751. Nonius v. *somnurnas* p. 172. *Varro Prometheo lib. I. Levis mens umquam somnurnas imagines Affatur non umbratur somno pupulae.* Mercerus improbans Scaliger coniecturam, *Levis mens numquam somnurnas imagines Affatur, non umbrantur somno pupulae.* Salmasius ex vett. librorum auctoritate in Plin. Exercitt. p. 764. ed. Traiect. de Prometheo, inquit, haec dicebantur, quem Caucaso affixum vulture iecur redivivum tundente negabat dormire umquam. *Somnurnae imagines* sunt visa nocturna et somnia. Qui oculis somnum non capit, nec somnia potest videre, nec somnurnas imagines affari, quae in somnis apparent. *Somnurnus* a somno, ut *nocturnus* a nocte, *mensurnus* a mense.

41.

Anth. III. 71. Nonius v. *miras* p. 480. *ex Varronis Eumenidibus.* —
1. *numo*] *animo* Mercerus.
2. *tantidem*] pro *tantundem.* Ruddimannus p. 125.

42.

Anth. III. 72. Nonius v. *religio* p. 379. *Varro Anthropopoli περὶ γενεθλιακῆς* (alii *ἀνθρωπουργίᾳ ἢ περὶ γενεθλίων*).

2. *demunt animis*] *animis demunt* vulgo.

religiones] *relligiones* vulgo. Vid. Schneideri Lat. Gr. I. 2. p. 590.

3. *non atria diviti' Crassi*] *non divitis horrea Croesi* B. *non divitis atria Croesi* Wakef. ad Lucret. II, 42. Explicationem huius loci ex

Plinii hist. XVII, 1. petere debemus. *L. Licinius Crassus iam columnas quatuor Hymettii marmoris aedilitatis gratia ad scenam ornandam advectas in atrio domus statuerat, eum in publico nondum essent ullae marmoreae.* Idem XXXVI, 3. de eadem re: *Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet?* Ab his Crassi atriis, Varronis tempore propter splendorem celeberrimis, distinguenda sunt *atria Licinia*, quae auctionaria erant, et a Cicerone pro Quintio c. 3. commemorantur.

43.

Anth. III. 83. ex Nonio v. *coagulum* p. 28. *Varro in satyra. Est modus. Matula περὶ μέθης.*

1. *nihil iucundius*] Mercerus. *vino nihil quidquam iucundius eluit* vulgo. Conf. Mureti Var. Lectt. IV, 8. et Addenda, quae Facsius adiecit T. II. p. 299.

2. *medendam*] Mercerus. *medendum* vulgo.
invenerunt] penultima brevi.

44.

Anth. III. 100. Nonius v. *calx* p. 199. *Varro Margopolis περὶ ἀρχῆς.* — Versus trochaici tetrametri catalecti.

1. *emissum intimo* etc.] Mercerus, cui assentitur Salmasius ad Solin. p. 642, nisi quod *a* omittit.

Nemini fortuna eurrum a carcere ultimo leve
Missum, inoffensum per aequor eandidum ad calcem subit

vulgo.

Nemini Fortuna currum a carcere intimo levem
Missum, inoffensum per aequor candidum ad calcem tulit.

Piersonus Add. Burm. T. II. p. 738.

45.

Anth. III. 107. Nonius v. *proprium* p. 361. *Varro Caprinum Proelium.*

1. *fecit*] intelligendum *Deus.*

2. *promisce*] *promisque* Mercerus. *promiscam* vulgo.
haberi] *habere* Mercerus.

46.

Anth. III. 147. Nonius v. *comest* p. 81. *Varro Margopolis περὶ ἀρχῆς.*

2. *piscis — avis*] Mercerus. *pisces — aves* vulgo.

47.

Anth. III. 148. Nonius v. *rutuba* p. 167. *Varro Sexagesi.*

1. *pudentis vixere in patria*] Guilielmius et Vossius, in cuius ms. *patria* legitur; *pudentis vivere in patriam* Mercerus; *putantes vivere, cum patria* vulgo.

48.

Addidi ex Nonio v. *infans* p. 56. *Varro Eumenidibus.* Fragm. Varr. p. 103. ed. Dordrae.

49.

Anth. I. 59. (Add. B. T. I. p. 721.) Scaliger hos versus composuit in Catal. p. 253.

1—6. ap. Nonium v. *vigiliae* p. 231. *Varro in Endymionibus.* Scal. in toto hoc carmine a lectionibus Merceri multum discrepat.

7—8. ap. Nonium v. *specula* p. 434. *Varro Eumenidibus.* Alterutram inscriptionem vitiosam esse, patet, nisi non convenientia membra in unum redegerit Scaliger.

9. ap. Nonium v. *exterritum Varro Eumenidibus.*

10 et 11. ap. Nonium v. *ostrinam* p. 549. et v. *supparum* p 540. *Varro Eumenidibus* utroque loco.

10. *Aurorae*] *Aurorai ostrinum hicc' indutus supparum*
coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit,
luce locum inficiens.

Wakef. ad Lucret. IV, 78. *Aurora ostrinum sic induta supparum* vel *Aurora ut ostrinum hic indutus supparum* Heins. Add. T. I. p. 721.

12. ap. Nonium v. *affici malis* p. 520. — *luce polum afficiens* Heins.

14. *venustas*] ap. Nonium v. *gallare* p. 119. — *vetustas* vulgo.

15. *quae castitas?*] B. — ap. Nonium v. *castum* p. 267. *quae casta vestis?* v. *species* p. 386.

quae casta vestis, aetas quae adolescentium,
quae teneris species? —

vulgo: *Quae casta aetas? quae vestis adolescentium?*

50.

Anth. V. 50. Anapaesti, sed vitiosi. Ex Probo ad Virg. Ecl. VI, 32. Varro in Cynicis, quem (sic) inscripsit Dolium aut Ceria sic: *Mundus domus est maxima homuli, quem quinque altitonae flammeae zonae cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis stellis mirantibus altus in obliquo aethere Lunae binas acceptat.*

1. *mundus*] Mundus domus est maxima homulli,
quam quinque altitonae fragmine zonae
cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis
stellimicantibus, altus in obliquo aethere Lunae
bigas Solisque receptat.

Fragm. Varr. p. 96. ed. Dordrae. nec aliter in Barthii Adv. XXXXIX, 9.
Mundus domus est maxima rerum,
quam quinque altitonae fragmine zonae
cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis
stellimicantibus, altus in obliquo aethere, Lunae
bigas acceptat.

Turnebus in Adv. XX, 29.

2. *fragmine*] *framine* vulgo, ut in Catal. Scalig. p. 246. errore typogr. legitur. — *quam quinque altirotae tramite zonae Cingunt* B. *segmine zonae* Barth. l. l.

51.

Fragmentum Varronis e Marcipore Scalig. in Catal. p. 251. et Reuvens in Coniect. litt. p. 127. ediderunt.

1—3. ap. Nonium p. 451.

4—6. ap. Nonium p. 46. v. *inferum*.

4. *nubes aquales*] *n. aquali* Mercerus. *nubes aquaï* Lambin. ad Lucret. IV, 172.

6. deest in Catal. Scaligeri.

7—9. ap. Nonium p. 46. v. *syrus*.

8. *phrenetici*] v. Muret. ad Senec. de Ira I, 13.

10—12. ap. Non. v. *bipennis* p. 79., ubi *naufragi, ut ciconiae*.

10. *naufragi*] *naufragii* in Cat. Scal.

12. *moesti*] *perussit alte, moeste* in Cat. Scal.

52.

Anth. III. 240. ex Cicer. de nat. deor. I, 28.

in Q. Roscium] De Q. Roscio Gallo comoedo scripsit C. I. Grysar in dispntatione, quae inscripta est: Ueber den Zustand der römischen Bühne im Zeitalter des Cicero. (Allg. Schulzeitung, 1832. N. 46. p. 365.)

2. *Roscius exoritur*] i. e. in scenam prodit. A prima luce interdum ludi scenici coepere, ideoque tam mane in scenam prodeuntem Roscium Catulus vidit. Conf. Grysar ibid. p. 343.

4. *visust*] *visu'st* Menagius ad Diog. Laert. l. II. p. 128. (p. 441. ed. Huebn.). Orellius. *visus* om. *est* vulgo. *deo* Auroram intelligit.

53.

Anth. III. 241. Gellius XIX, 9.

1. *Aufugit mi*] *Effugit mi* Huschkius Analect. litter. p. 47., cuius codex hoc epigramma Catullo tribuit. *efugit mi* ms. Huschkii. *aufugit mihi* ap. Gellium legitur.

Theotimum] *theotinum* ms. Huschkii.

2. *perfugium*] *profugium* Aldus, Tollius.

3. *si non int.* etc.] *quid si interdissem ne non illuc fugitivum* ms. Huschkii. *quid? ni interdissem, nemo ne illunc fugitivum* Huschkius. *illunc* Turnebus quoque, in ceteris vulgatam defendit.

5. *verum*] *verbum ne i. teneamus* ms. Huschkii.

6. *Venu'*] *Venus* ms. Huschkii. Imitatus est Lutatius Catulus Callimachi epigramma 43. in Anthol. Palat. T. II. p. 471. Anal. Br. I. p. 462.

54.

Anth. II. 212. Gellius X, 17. Laberius poeta in mimo, quem in-

scripsit Restionem, versibus quidem satis munde atque graphice factis personam divitis avari et parci descripsit.

1. *physicus*] *physicu'* Lindemannus Select. Poet. lat. P. II. p. 122.

2. *clipeum const.*] *constituit clipeum* Lindem.

4. *radiis*] bisyllabum. *solis radiis* Lindem.

effodit] *effudit* Bothius Poet. Scen. Lat. V. 5. P. II. p. 214.

6. *splendorem*] Gronov. ex lect. mss. *splendore in pecuniam.* —

Sic ego fulgentis splendore pecuniae volo
Elucificare exitum aetatis meae.

Mercerus ap. Nonium v. *elucificare* p. 106. —

Sic fulgidae splendore pecuniae ego volo
Elucificare aetatis exitum meae.

Lindemannus.

Sic ego fulgentis splendore e pecunia
Volo elucificari exitum aetati meae.

Bothius.

Sic ego fulgentis splendore pecuniae
Volo elucificare exitum aetatis meae.

vulgo.

7. *elucificare*] i. e. luce privare, obcaecare. *volo lucificare* Lion.

8. *in re bona*] caecus fieri volo, ne filium pecuniam ligurientem videam.

esse videam] *videam esse* Lindemannus.

nequam filium] *nequam filii* Bothius.

55.

Anth. III. 101. Macrobius Saturn. II, 7. Hic prologus est, quem D. Laberius in scena dixit, cum ab Iul. Caesare coactus esset agere mimum.

3. *detrusti*] Scalig. i. e. *detrusisti.* vulgo *detrusit.*

extremis sensibus] i. e. im letzten Athemzuge. *ereptis sensibus* Oudendorpius.

4. *nulla unquam*] *nulla quem* Bothius Po. Scen. V. 2. p. 206.

8. *clemente*] antique pro *clementi.*

11. *quis posset*] an legendum *qui posset?* i. e. quomodo Caesar, cui dii omnia dederunt, me sibi resistentem tulisset! statim me perdidisset.

12. *Ego bis* —] *Ergo annis bis tricenis actis* Bothius.

18. *Florens*] Heinsius, Bothius. *Floris* vulgo, quod non potest defendi, nisi explices: si tibi erat voluntas, flores, ex litterarum laudibus a me partos, cacumen famae nostrae, carpendi.

20. *satisfacere*] pronunciandum *satifacere.*

21. *non flexib. me*] *non me flexibilem c.* Bothius.

22. *Nunc me quo deiicis*] *nunc deiicis quo me* Bothius.

25. *necat*] *negat* Bothius. *terit* Oudendorpius. *secat* Lindemannus.

26. *annorum*] *annosum* Bothius.

enecat] *necat* Orell. in Eclog. p. 176. ex cdd. ant.

27. *sepulcri*] *sepulcris* Scalig.

56.

Anth. III. 102. Macrob. Saturn. II, 7.

3. *et citius q. adse. cades*] Schraderus Add. Burm. T. II. p. 738. Sanadon, Bothius. *et citius quam adscendas*, *decides* vulgo, metro violato, nec aliter Ruhnk. ad Vellei. p. 70. *et quam descendas*, *decides* Pontanus omisso *citius*. Receptam lect. defendat Senecae quoque locus ex Controv. praef. lib. I. p. 66. *In deterius quotidie data res est — sive fato quodam, cuius maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, ut ad summum perducta rursus ad infimum velocius quidem quam adscenderant relabantur.*

4. *lex*] Cannegieter. et Piersonus in Add. B. T. II. p. 738., idque ipse Senecae locus, quem attuli, suadet. — *laus* vulgo. *sors* B.

57.

Anth. III. 132. Wernsdorf. Po. I. Min. in fragm. Petronii T. II. p. 121. Conradus Orellius in Opusc. Sentent. Lat. p. 283. Bothius Po. Scen. p. 264. Ex Petronii Satyr. c. 55: *Rogo, ait, magister, quid putas inter Ciceronem et Publium interesse? ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. Quid enim hoc melius dici potest?* etc.

1. *rictu*] i. e. luxuria tam vorax est, ut ipsam Romam abripiat. Im Schlunde des Luxus geht auch Rom unter. Orellius coni. *Luxurie attrita*, Bothius *luxuria evicta*. Vulgata comicorum orationi adcommodatissima est.

2. *clausus pavo pascitur*] i. e. für deinen Gaumen wird der eingesperrte Pfau gefüttert. Sic mss. Oudend. Wakefield. ad Lucret. II, 501. — *tuo palato lautus pavo nascitur* vulgo.

3. *Babylonico*] i. e. texto Babylonico, mit einem goldenen Federteppich geschmückt.

4. *gallina Numidica*] i. e. das Perlhuhn.

tibi] scil. pascitur.

5. *grata, peregrina*] Anton. *peregrina, grata* vulgo, metro obstante. Sed si verborum ordinem mutare noles, scribas: *Ciconia etiam peregrina et grata hospita* vel *ciconia etiam peregrina, grataque hospita*, ita ut *etiam* bisyllabum sit.

8. *nequitiae nidum*] ad serviendum luxuriae ipsa ciconia cogitur.

9. *quo margarita*] i. e. cui bono est margarita, et tribacca quidem, cara, Indica? Wozu nützt die Perle und sogar die kostbare Dreyglockenperle aus Indien? margarita nominativus feminini generis est, non neutrum plurale, ut Burmannus dicit. *tribacca* a Publio pro bacca triplici dicta est, et inaurem significat, quae ex tribus baccis sive unionibus constat, et tunc temporis a mulieribus Romae gestari solebat. Vid. Böttigeri Sabina T. II. p. 131 et 156. — Sed versus corruptus est: nam prima syllaba in *tribacca* brevis est. Quare mutarunt editores mss. lect. *Quo margarita cara tibi, baca Indica?* Scalig. idque vulgo legitur. *Quo margarita cara, unibacca, Indica* Heins. ad Claudiani Epithal. Honorii

165. (metro invito, cum in *unibacca* secunda itidem sit brevis). Scaligeri emendatio versui laboranti succurrit. Sed *tribacca* integrum esse existimo, et in alio quo vocabulo vitium latere. *Quo margarita, cara, tribacca ac Indica* Anton. *quo margarita cara tribacca et Indica* Zellius.

10. *phaleris*] phalerae proprie equorum sunt, hic ad ornatum muliebrem translatae. Phalerae pelagiae vocantur, quia ex Oceano Indico asportabantur baccae.

12. *ad quam rem*] int. *optas* ex sequenti versu.

16. *in nebula linea*] ut ventus textilis tennissimam vestem textam, sic nebula linea tunicam pellucidam e lino factam significat.

58.

Recepi ex Appuleii Apologia T. II. p. 461. ed. Oudendorp. — Iambici dimetri.

Fragmentum est Erotopaegnion Laevii. Erotopaegnia non alii poetae nisi Laevio tribui posse, consensus plurium auctorum facit. Itaque et hunc locum, ubi mss. *Laelium* habent, emendarunt Bosscha, Lennep. ad Terentianum Maurum p. 433. (Santenius enim ibidem p. 232. Livii Andronici esse dixerat), Weichert. Po. Lat. Reliqu. p. 49 sqq., Bernhardy Röm. Litt. p. 201.

3. *trochiscili*] Scaliger, quem secutus est Bosscha, qui se invito *trochilisci* in textu editum esse ait, et Weichertius, qui *de staminea rhombi rota* cogitandum existimat.

5. *illices*] illex avicula est, quae graece ἴυγξ dicitur — „Illices bicodulae vocantur, quod caudas vibrando duplicant.“ Weichert. Haec avicula alias motacilla s. Bachstelze dicitur. Conf. Salmas. ad Solin. p. 661.

59.

Anth. III. 244. Conf. Bentleius ad Terent. Eunuch. II. 3, 66. et Reuvens in Collectan. litter. p. 134. — Priscianus T. I. p. 110. Kr. *Pomponius in epigrammate, quod M. Varro in libris, qui sunt de lingua latina, refert: Tua amica senex est.* Varro de l. l. p. 316. Speng. *Item ostendit Papini ἐπιγραμμάτιον, quod in adolescentem fecerat Cascam.* (*casculam* ms. Numburg. ap. Duebnerum in Iahnii Ann. 1828. T. III. F. 3. p. 309.).

Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amici
Fili Potoni sesquisenex . . .
[Puerum dicit Pusum Puellam Pusam]
. . sic fiet mutua muli;
Nam vere pusus tu, tua amica senex.

De L. Pomponio Bononiensi, Atellanarum poeta scripsit Ed. Munk (1826.)

1. *Cascam*] Casca est gentis Serviliae aliarumque cognomen.

2. *filia*] Popma prob. Spengelio. *fili* vulgo.

Potoni] mss. *Petroni* vulgo. Sed illi similia in Gruteri thesauro Inscriptt. nomina reperiuntur, ut *Pothimus, Pothinus, Potinus.*

3. *illam pusam*] Burmannus in Add. T. II. p. 748. ex veteri codice Proverb. latin. Meermanniano affert: *Caecus caecam amat, id est, vetulus vetulam; pupus pupam, id est, puer puellam. sic enim prisci loquebantur;* unde in hoc epigrammate legendum monet: *Dic tu illam pupam* etc. *Nam es vere pupus tu* etc.

mutua muli] sc. scabunt. Proverbialis locutio.

4. *nam vere pusus*] *nam es vere p.* vulgo.

senext] i. e. senex est. Ex Prisciano recepi. *senex* vulgo.

60.

Anth. I. 106. Gellius XV, 6. Versus ex Homeri Iliad. VII, 89. sunt versi.

2. *perculsus*] mss. tum alii, tum Franequeranus. *percussus* vulgo. Ceteros quoque Homeri locos, quos in latinum vertit Cicero, hic recepissem, nisi Wernsdorfius Homeristas latinos eorumque fragmenta in Poet. Lat. Min. T. III. p. 474 sqq. edidisset.

3. *hoc*] ms. Guelferb. Modo producitur, modo corripitur; conf. Schneid. Lat. Gr. II. 1. p. 666 sq. Ramshorn. p. 1041. *haec* vulgo.

61.

Anth. II. 1. Cicero in Tuscul. V. 35, 101. Graeci versus, quos in latinum vertit Cicero, apud Strabonem leguntur lib. XIV. p. 672. ed. Paris. (T. III. p. 60. ed. Koray.) Conf. Naek. in Choerilo p. 196 sqq.

2. *multa*] *pulchra* vulgo.

62.

Anth. II. 38. Cicero in Tuscul. I. 42, 101. ex Simonide epigramma se vertisse dicit. Vid. Anthol. Palat. l. VII. ep. 249. T. I. p. 379.

63.

Anth. II. 128. Rem narrat ipse Cicero Ep. ad Div. VII, 30., Trebellius Pollio in XXX tyrann. c. 7. T. II. p. 268. et Macrobius Saturn. II, 3. (Cicero iocatus est): *Vigilantem habemus consulem Caninium, qui in consulatu suo somnum non vidit.* Epigramma non a Cicerone, sed a Pithoeo vel Scaligero ex Macrobii verbis compositum esse puto.

1. *vigilantem*] *vigilacem* Heinsius.

64.

Anth. II. 222. ex Suetonii Vit. Terent. c. 5. Caesar ad primum huius epigrammatis versum allusit in epigrammate suo in Terentium, quod infra dabo; allusit et Ausonius in Protrept. v. 58. p. 315. Toll.

4. *quidquid*] *quiddam* vulgo.

dicens] *promens* vulgo.

65.

Anth. III. 56. Quintilianus VIII. 6, 73. *Crescit interim hyperbole alia insuper addita — —: nec pauciora sunt genera minuendi: — Vix ossibus haerent et quod Cicero in quodam ioculari libello etc.* Sensus epigrammatis is est: Vetto fundum tantum esse dicit, quantum lapidem mittere funda potest (Ovid. Fast. III, 584.): modo lapis non excidat e cava funda, antequam fuerit missus; tunc enim fundus haud magnam terrae partem contineret. Calphurnius ad Terent. Heaut. I. 1, 16. idem epigramma affert:

Fundum vero vocat, qua possit mittere funda,
Ni lapis exciderit, qua cava funda patet.

Ac nescio an Calphurnius integrius id servarit, modo *vero* mutes *Vetto* vel simili nomine. Cicero hic ad etymologiam verbi *fundus* respicit: quis autem ille sit, qui *fundum* a *funda* derivavit, ignoramus. Varro certe, de quo editores Quintiliani usque ad Spaldingium, qui errorem correxit, cogitant, in opere suo de lingua latina nihil tale habet, ut unusquisque videbit, qui eius verba ex codd., non ex interpolatione recentiorum aestimabit. Vid. p. 38. Speng. Nam Tollius in Ausonio p. 148. Varronis locum interpolando corrupit. Nullus porro Quintiliani codex nomen Varronis continet, sed ex coniectura insertum est. Pithoeus et Burmannus cum hoc Ciceronis disticho aliud coniunxerunt, quod apud Charisium p. 246. et Diomedem p. 457. legitur, nulla vel Ciceronis vel distichi huius facta mentione. Id autem tale est:

Extractam puteo situlam cum ponit in horto,
Ulterius standi non habet ipse locum.

Argumentum in utroque quasi quandam habet similitudinem, neque tamen unum epigramma efficiunt. Itaque Piersonus, quem B. in Add. T. II. p. 734. affert, in concinnandis his distichis operam perdidit.

66.

Anth. V. 41. In ms. Lugdunensi inscriptio est: *Quincti Ciceronis hi versus eo pertinent, ut quod signum quo tempore inlustre sit, noverimus, quod superius quoque nostris versibus expeditur.* Quintus Cicero cam poesin attigit, quam Romanorum plerique amabant, nempo astronomica carmina. Sed in ceteris quoque generibus multa scripsisse traditur, ut ex epistola M. Ciceronis ad fratrem suum III, 5. 6. 9. scimus, hunc intra sedecim dies quatuor tragoedias absolvisse. Hi versus, qui fragmentum maioris poematis sunt, leguntur in Ausonio quoque p. 558. et in Gallica edit. Poetarum lat. Wernsdorfii T. V. p. 629.

1. *flumina*] *flumina* Wakef. ad Lucret. V, 816.

obscuro lumine] quia stellae piscium parvae sunt.

2. *dieique*] ms. conf. Schneider. Lat. Gr. II. 1. p. 360 sq. Virg. Aen. I, 636. *dieque* H. *diique* vulgo, Tollius.

3. *condunt*] Scalig. nam conditur aries veniente tauro. *comunt* vulgo.

4. *aridaque*] *aureaque* B. Add. T. II. p. 696.

5. *praeclarus*] rutilo splendore, ut alibi *cancrique figura calentis.* — *prolatus* vel *praevarus* H. inprobante Wakef. ad Lucret. V, 121.

6. *languificosque*] Pithoeus, H. *languificusque* vulgo.

7. *modicum*] an *medium?* *modium* Vinetus. *Inmodicum aestatis Virgo fugat orta teporem* H.

quatiens] i. e. emittens, ut v. 19. *Magna quatit stellas.* Wakef. ad Lucret. IV, 406.

8. *aequatque*] *aequoque* ms.

9. *dispenso*] *dispensans* B. Add. l. l.

10. *effoetos*] Pith. Tollius. *et foetos* vulgo.

denudat] *dinudat* ms.

12. *iubar est spirans*] correxi *est spirans* i. e. spirat, ut M. Cicero in Arateis 566. Aestifer *est pandens* ferventia sidera Cancer. *bruma gelu glacians iubar et aspirans Capricorni* ms. *bruma, gelu glacians, iubare spirat Capricorni* vulgo, prob. Wakef. ad Lucret. IV, 77. *bruma gelu glaciante iubar spirat C.* H. *bruma Getas glacians iubar exspirat C.* Ianus Helvetius Add. T. II. p. 696. — *iubare spirans C.* Scaliger.

13. *quam*] *quem* H.

nebulas] *nebulus rorans liquor alter* ms. *altus* m. 2. *quam sequitur, nebulis rorans, liquor almus Aquarii.* Wakef. ad Lucr. II, 390.

14. *ubi flumina*] *tanta supra circaque vigent tumi flamina mundi* ms., ut ex adnot. Vineti colligo. *circaque vigent hunc flumina mundi* H. *circaque, vigent ubi culmina mundi* Wakef. ad Lucr. II, 361. i. e. ubi aetherea fastigia, florentia signis, expanduntur.

17. *Arctoo*] Scal. *aeterno* vulgo. *alterno* vel *aetherio* H.

18. *fulgentes aethere*] H. *fulgentes aethera* ms. *fulgentem sidera* vulgo.

19. *Magna*] i. e. magna Ursa vel ἡ ἅμαξα: intelligendum ex praecedenti *Arctoo.*

stellas] H. *stellans* vulgo.

20. *conditur*] *conditor oceani ripas cum luce bootis* ms.

67.

Anth. II. 156. ex Plinii Hist. Nat. XXXI, 2. Wernsdorf. in Po. lat. T. IV. p. 547. Conf. Iacobsii Catalog. Poett. Anthol. T. XIII. p. 907. — In Academia, quae Ciceronis fuerat villa, quamque postea Antistius Vetus possedit, eruperunt fontes calidi, perquam salubres oculis, inde aquae Ciceronianae vocati.

1. *quo tua*] *quod tua* vulgo.

3. *Hecademeo*] ex ms. Heinsii recepi. Ἑκάδημος et Ἑκαδημία antique dictum esse, Hermannus quoque ad Aristoph. Nubes v. 1003. demonstravit. *Academiae* vulgo.

sub potiore] *sub meliore* vulgo, sine mss. *cultu splendidiore* Clericquius Add. T. II. p. 724. (Ceteras huius viri coniecturas, cum nullius sint pretii, omisi).

4. *Vetus*] Antistius Vetus, qui in numo consulari occurrit apud Ursinum p. 19. ed. Patin. — Consul fuit a. u. 748.

6. *languida quae*] *languidaque* H.

68.

Anth. II. 221. ex Suetonii Vita Terent. 5. Caesar hos versus epigrammati Ciceronis in eundem Terentium opposuit.

3. *lenibus*] Bentleius ad Hor. Art. Po. 99.

scriptis] *verbis* vulgo.

4. *vis, Comica ut*] Bentl. ad Hor. Art. Po. 26. F. A. Wolfius, Ennius Quirinus Viscoutius Iconografia Romana T. II. p. 303. atque Orellius in Eclog. Po. lat. p. 256. recte interpunxerunt. — *foret vis Comica, ut* vulgo.

6. *unum hoc maceror*] *maceror hoc unum* Oudendorpius.

deesse] bisyllabum.

69.

Anth. IV. 92. In ms. Mediceo et Moroni Divo Iulio Caesari, in ms. Guelferbytano 95. (conf. Eberti Catal.) Augusto, a Scaligero Germanico Caesari tribuitur. Recens esse Schraderus censet in epist. crit. p. LXII., nec in alia fuit Dorvillius sententia. Epigramma graecum, ex quo originem duxit, extat in Anthol. Palat. l. VII, 542.

1. *ludit in Hebro*] ms. *luderet Hebro* vulgo.

3. *traherentur*] *traherenur* ms. Gudian.

4. *abscidit tenerum*] mss. *abscidit heu tenerum* vulgo. *praesecuit* l. Pricaeus. *persequit* ms. Moroni. *persecuit* ms. Voss.

5. *conderet urna*] *conderet urnae* ms. Moroni. *condidit urna* ms. Huydecoper. *condit in urnam* ms. Medic.

6. *peperi flammis*] *flammis peperi* ms. Huydecoper. Gudian.

70.

Anth. III. 10. Dubiae est auctoritatis, ut dicit Scriverius.

1. *Feltria*] oppidum Venetorum proxime Alpes Rhaeticas, quod hodieque Feltrie appellatur. Mannert. Italia T. I. p. 95.

rigore] *rigori* Oudendorpius.

2. *Terra*] Pith. Scriverius. *forte* vulgo.

71.

Anth. II. 47. Ex Scholiasta Lucani ad l. VII, 726. „*Duobus vitiis Pompeius laborabat: nam et favoribus multum gaudebat, ut in primo ipse Lucanus, et vitio superbiae quodammodo tangebatur. Nam uno digito caput scalpebat, quod est superbiae indicium. Unde* M a r t i a l i s *de eo in epigrammate* etc. Duos errores Scholiasten commisisse

tradunt viri docti, unum; quod Martiali hoc epigramma tribuit. Seneca enim C. Licinii Calvi esse testatur in Controv. lib. III. controv. 19. p. 257: *Carmina quoque Calvi, quamvis ioca sint, plena sunt ingentis animi. Dicit de Pompeio:*

digito caput uno
Scalpit. Quid credas hunc sibi velle? Virum.

Alter illius error esse dicitur, quod ex memoria et falso quidem epigrammatis verba citet. Scaliger enim pro illis

Magnus, quem metuunt homines

aliud supplementum ex Ammiano Marcellino XVII, 11.; ubi de obtrectatoribus Pompeii agitur, exploravit:

Fasciola qui crura ligat, digito caput uno
scalpit. Quid credas hunc sibi velle? Virum.

Ac Scaligeri coniecturam Scholiastae auctoritate probabiliorem multo esse, nuper Weichertius quoque in Poet. l. Rel. p. 133. affirmavit.

1. *omnes*] *homines* Scholiasta.

72.

Anth. II. 58. ex Suetonii Caes. 49. Conf. Weichert. Poet. lat. Rel. p. 131.

73.

Anth. II. 237. Hi hendecasyllabi apud Suetonium de illustr. grammat. c. 11. leguntur. — Valerius Cato mala ratione vivendi praedia perdidit. Furius poeta causam paupertatis eius dissimulans admirabili Catonem uti sapientia dicit, qui quondam pulchram domum et egregios possederit hortos, nunc mutato consilio omni cultu abstineat, tenui contentus victu. Haec interpretatio cum sequenti in eundem Catonem epigrammate consentire videtur. Aliter iudicavit Weichertius in Poet. l. Rel. p. 358., qui versum quintum de intellectu artium Catonis accipit dicens: *Catonis hortulus quamvis exiguus plurimis ornatus erat Priapi simulacris, quem artis statuariae amorem et scientiam miratur Bibaculus in homine tam paupere.* Non video sane, quomodo is, qui Priapos habet, ob artis studium laudari possit: Priapi enim numquam a veteribus inter artis monumenta enumerantur, ii praesertim, qui in hortis volucrum causa poni solebant, sed munera sunt lasciviae, et is, qui in museo multos habet Priapos, non pro artifice vel aestimatore artium, sed pro lascivo homine haberetur.

1. *forte — Catonis*] *fere — catotini* ms. Sillig. in Iahn. Ann. 1828.
2. *minio*] *nimio assilas et cylios* ib.
3. *custodis v. hortulos Priapi*] mss. *ortalosque lapi* ms. Sillígii. *Hortuli* non maius sonant, quam si *hortum* dixisset. Conf. Baumg. Cr. — *custodes v. hortuli Priapos* Scalig. F. A. Wolf. Weichert. vulgo. „*Custodis Priapi* dicitur pro *custode Priapo*, et in ipso hoc genitivo inest lepos." — Baumgart.

4. *miretur*] mss. Paris. Voss. Heins. Oudend. Wolf. *miratur* vulgo.

6. *quem*] i. e. ut eum. — *qua celibrua calculus et tros farris* ms. Sill.

tres] *sex* citat Bentl. ad Horat. Serm. I. 4, 110.

7. *racemi*] a iambo incipit hendecasyllabus.

tegula] de paupertino tegurio dicitur. B. ad Petron. IV, 7. 22.

sub una] *sub uda* i. e. quae perpluebat H.

8. *senectam*] *senectas* ms. Sill.

74.

Anth. II. 238. ex Sueton. de ill. gramm. c. 11. Conf. Weichert. Po. lat. Reliq. p. 358. Versus hendecasyllabi.

1. *Catonis*] *ecironis* ms. Sillig.

modo] nuper.

3. *unicum*] *unum* ib.

4. *optimum*] *optimumque* ib.

5. *omnis*] ib. *omnes* vulgo.

6. *deficere*] Toupius ad Suidam T. III. p. 174. Ruhnk. ad Rutil. p. 132. *difficile* vulgo. Weichertio Toupii emendatio non prorsus satisfacit.

7. *en cor*] *en cor enoccatis en lecum Catetis* ms. Sill.

Zenodoti] v. Wolf. in Prolegom. ad Hom. §. 43.

iecur Cratetis] laudatur a Probo in Institutt. grammat. T. I. p. 130. Lind.

Cratetis] v. Wolf. in Proleg. ad Hom. §. 51.

75.

Anth. II. 240. Conf. Weichertii Po. l. Rel. p. 359. Verisimile est, hos quoque versus ex hendecasyllabis Furii Bibaculi sumtos esse, etsi Suetonius de ill. grammat. c. 11. auctoris nomen non adiecit.

2. *solus*] *solos* vulgo.

legit ac facit] praelegendis seu interpretandis poetis ipsos auditores poetas reddit. F. A. Wolf.

76.

Anth. II. 251. Isidorus Orig. l. VI. c. 12. de conficiendis libris p. 132. ed. Basil. 1572.

1. *Arateis*] *Arataeis* vulgo.

2. *movimus*] Cinna amico carmina sua astronomica mittere se dicit. Hanc lectionem tuentur Pithoeus, B., Wakef. ad Lucret. III, 1057, Ruhnkenius in Praef. ad Schellerum s. v. *numerus*: „*Numeri* pro astronomia ponuntur. *Numeros moventes astra* ap. Lucan. I, 640. intellige astronomiam, quae astrorum motus ad calculos vocat, eorum motus tradit. De hoc loquendi genere, quo quis facere dicitur, quod factum narrat, pulcherrima est animadversio Hemsterhusii ad Thom. Mag. p. 187. Ex eadem ratione explicandus est Ovidius Fast. III, 112., item Cinna *carmina*,

quis ignes movimus aerios. Neutro loco interpretes vim verbi *movere* satis ceperunt." — Peerlkampius in Obss. Anacreonticis p. 161. *movimus* explicat: *astrorum motus, ortus et occasus, cantavimus. novimus* edd. Isidori et ipsa novissima Lindemanni, prob. Weichertio Poet. lat. Rel. p. 197.

aetherios] ms. Grotii, Weichert. *aerios* vulgo. Wakefield.

6. *purpureis*] *purpurei dum sanguinat unda profundi* Lindenbr. H. *sanguinat*] i. e. rubet.

7. *placido — mundo*] i. e. non irato mundo, gezeugt aus zartem sanftem Element.

11. *gemmavit*] *gemmare* proprie gemmas emittere vel gignere notat, hoc loco *astrigeram faciem gemmavit* nihil aliud significat quam *astra creavit*, ita ut astra gemmare eadem figura dicatur, qua alias *aedificare domum* et similia. Simplicius autem esset *astrigera facie nitido gemmavit Olympo.* Sic enim Ennius ap. Charisium p. 81. *Purpureis gemmavit pampinus uvis.*

13. *fundata*] ex ms. reg. Salm. *librata* vulgo, utrumque eodem sensu; alterum in Ovid. Met. I. 12. legitur.

14. *aetherias*] i. e. locum, quem in aethere tenent. *aeternas* Barth. Adv. XLIV. 3.

15. *suis*] i. e. propriis.

18. *pios*] i. e. benignos et faventes. *tuos* Scriver.

20. *litata*] i. e. placata.

21. *libemus*] litus tantum peragrare ad eruendas ostreas vult. Wernsd. — Wüllnero hic versus ineptus esse videtur.

22. *Tempea coetu*] *Tempea citu* mss. Pith. Reg. *cava tympana cantu* Tollius, qui *Tritonas* intelligit. *Cava Tempea* Solinus profunda maris appellat, in quibus Nymphae ac Nereides domicilia habent: Tempe enim hic loca amoena maris dicuntur (die schönen Thäler des Meeres).

resono — coetu] ad *coetu* int. aquarum. Ihr auch, die ihr ein weites Tempe im brausenden Kessel des Meeres bewohnet. Quid *citu*, quod in mss. legitur, sit, ignoro. Substantivum enim quartae declinationis, *citus*, a *cieo* flexum, quodque strepitum significet, in usu non est.

235.

Anth. I. 178. In Gallica editione Poetarum Wernsdorfii T. VII. p. 441. legitur. In ms. Salm. et Leid., ubi reperitur hic cento Virgilianus, auctor non nominatur. Sed Tertullianus de praescript. Haeret. c. 39. Hosidii Getae Medeam ex Virgilii versibus conglutinatam citat, ita ut nostram esse hanc veri sit simile. *Vides*, ait Tertullianus, *hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis. Denique Hosidius Geta Medeam tragoediam ex Virgilio plenissime exsuxit. Meus quidam propinquus ex eodem poeta inter cetera stili sui otia Pinacem Cebetis explicuit.* Alii ridicule olim hanc Medeam Ovidio tribuere, alii cum Hosidium Getam, qui sub Claudio consul fuit a. u. 800., intelligunt, quem propagavit errorem Baehr. R. Litt. p. 89.

18. *oblitusve sui*] *oblitusve suae* ms. Salm. Klotz. in Antib. p. 72., ita ut Medea se ipsam indicet, quae Iasonis fuerit.

41. *medioque* etc.] inseruit B.

53. *errans*] ms. Salm. Leid. et Virg. Ae. IV. 211. *erras* vulgo. Int. *es.*
hostis] *hospes* Schrader. et Pierson. Add. T. II. p. 713.

57. *non ea*] Creon haec loquitur apud B.

65. *testor*] inserit Oudend.

71. *natum*] Med. Wakker. p. 158. *natam* vulgo. Verba sunt Medeae ad Creontem, monentis, ne sineret Creusam Iasoni in matrimonium venire.

88. *quid causas*] versus iusto minor. Alterum hemistichium ex Aen. VIII. 395., alterum ex Aen. VIII. 386. *Quid causas petis aut in me exitiumque meorum* Scriver. vulgo. *Quid causas petis ex alto excidiumque meorum* B. Conf. v. 94. 173. 212. 213. 227. 228. 378. 447.

135. *ramo*] Oudend. hunc versum vel delendum vel post v. 142. *ausus* etc. ponendum existimabat.

157. *fateor, arma*] B. *fateor, me, arma* vulgo.

163. *sensibus haec*] Higtius ex Virg. Ecl. III. 54. Add. T. II. p. 713. *sensibus hic* vulgo.

167. *hac gener*] Med. Wakker. p 158. ex Virg. Aen. VII. 317. — *haec gener* vulgo.

172. *sequentur*] B. ex Aen. XII. 153. *sequuntur* vulgo.

180. *aut pugnam*] post hunc v. excidit aliquid, ut *Mens agitat, certum est sceleratas sumere poenas* ex Aen. IX. 153. et II. 576. B.

191. *surgere*] deest *videtur*, quod ap. Virg. Geo. I. 396. legitur.

192. *Media*] deletur a Med. Wakkero p. 159. — B. delevit *nigrisque*.

210. *erepta*] ex mss. Schrader. Add. T. I. p. 727. — *erepte* vulgo.

212. *tangit honos*] metrum est corruptum, nec aliter in v. sequenti.

Tangit honos animum, et mensas quas advena adisti,
Per connubia nostra, per inceptos hymenaeos.

B.

217. *rauca*] ex Aen. V. 866. — *dum rauco adsidue longo sale saxa sonabant* vulgo.

226. *seminaque et tauros*] B. ex Geo. II. 140. *semina et aeternos* vulgo.

227. *obieci, satis*] *obieci, unde satis* B.

236. *manum patiens*] Schrader. Add. T. I. p. 727. ex Aen. VII. 490. *manu patiens* vulgo.

254. *quaesitae*] Klotz. in Antib. p. 73. *quaesitas* vulgo ut in Aen. VII. 423.

256. *haec loca*] post h. v. excidit *invertere satis inmanis dentibus hydri* ex Geo. II. 140.

269. *natos, Veneris*] sic interpunxit Med. Wakker. p. 160. *natos Veneris, nec* vulgo.

270. *quid petis aut* etc.] Oudend. *quid petis causas et inrita i. i.* vulgo.

281. *omnes, dare*] ita scripsi. *omnes et dare* vulgo.

283. *te sine, frater,*] ex Aen. XII. 883. — *Te sin frater erit.* vulgo.

298. *patrias*] *patris* vulgo errore typogr. Add. T p 727.

309. *graviter*] Hi duo versus intelligendi sunt de Orpheo Eurydicen lugente. Ideo supplevit Schrader.:

Qualis miserabilis Orpheus
Graviter pro coniuge saevit etc.

Add. T. I. p. 727.

314. *rumpit pavor*] int. *rumpit me*, ex Aen. VII. 458. B. supplevit *rumpit*, quod vulgo abest. *surgit pavor* Klotz. in Antib. l. l.

316. *tarda, atque*] B. vulgo desunt.

343. *tum visaeque*] Oudend. addit *tum*, quod vulgo deest.

358. *paras, luctu*] ita scripsi. *paras et luctu* vulgo. *paras, luctu et miscere* Klotz. in Antib. l. l.

378. *erige, tuque*] *erige, iam tuque* vel *erige tu, tuque ipsa* Oudend.

387. *aut qui tibi nostri pulsus a.*] corruptum. Excidit aliquid.

392. *labi a corpore tanto*] *laniatum corpore toto* B.

431. *illa per et scopulos*] Higtius ex Geo. III. 276. *illa ut per populos* vulgo.

438. *fui*] *sui* vulgo.

443. *manus, luctu*] *manus et luctu* vulgo.

444. *me*] B. *te* vulgo.

236.

Anth. III. 89. *Iorfiri anaclici* ms. Salm. *Porphiri* man. 2da. *Rufini versus anacyclici* ms. Divion. prob. B. — Wernsdorfius autem, quem secutus sum, in T. I. p. 671. hoc carmen cum ceteris eiusmodi epigrammatis Publilio Optatiano Porphyrio vindicat. Is circa tempora Constantini Magni vixit, teste Fabricio in Bibl. med. et inf. aet. T. V. p. 169., et singulari ad carmina difficillimi lusus componenda ingenio instinctus erat. Nam praeter artificiosum illum Panegyricum in Constantinum Magnum, qui apud Pithoeum legitur, Aram, Syringa et Organon, quae Wernsd. ibidem edidit, fecit. Inter Graecos Nicomedes Heracleota carmina ἀνακυκλικά composuit, qualia in Analectis Brunckii T. II. p. 382. legimus.

237 et 238.

Utrumque recepi ex adnotat. Sirmondi ad Sidonium Apollin. p. 101. In primo exemplo pentameter in pentametrum alterum redit, in secundo versus heroicus in Sotadicum. Prior versus in Panegyrico Porphyrii legitur p. 246. ed. Pith.

239.

Versus reciproci eiusdem fortasse Porphyrii, qui apud Diomedem III. p. 515. leguntur. Conf. Gaisfordii Index in Hephaestionem p. 565. ed. Lips.

240.

Anth. III. 103. Extat in Fulgentii Virgiliana Continentia pag. 158.

Burmannus alii Porphyrio et diverso ab eo, cuius praecedentia sunt epigrammata, id tribuit, sed Wernsdorfius eum refellit T. I. p. 675 seq.

1. *pauxillum*] Fulgentius. *pauxillam* Muncker. *pauxillo* vulgo.

3. *nam, ut ne aliud*] Muncker. *nam ut aliud* vel *ut non aliud* mss. *nam, ne aliud* vulgo.

4. *quanto*] *quam tu* Heins.

241.

Anth. I. 102. *De Hectore Pompilianus* ms. Thuan. *de Hectore Maximino* ms. Petav. *Hectoris Troiani Virorum strenuissimi tumulus* ms. Voss. Pithoeus et Scaliger Pentadio tribuunt. Wernsd. Pentadii elegias et epigrammata edidit in Poet. Lat. Min. T. II. p. 309. „Pentadius", ait ille, „Porphyrio ut aetate par, ita ingenio et gustu poeseos perquam similis est, quod singulari, ut ille consuevit, artificio et schemate quamquam multo tolerabiliore nec ineptiis indulgente carmina sua componere et exornare voluit. Vocari id genus carminis, quod usurpavit, serpentinum vel ophites solet, quando finis revolvitur eodem, unde venerat, et perpetui orbes versuum componuntur." Exemplum huius versuum generis in epigr. sequenti legimus. Pentadius is est, cui Lactantius epitomen Institutionum Divinarum inscripsit. De carminibus Pentadio inscriptis B. agit ad Anth. III. 105.

2. *alter*] *ater* Thuan. Petav.

erat] *erit* Petav.

3. *violentis ictus*] Thuan. *violenter hictus* ms. Voss. *violenti fractus* Voss. 2. *violenti victus* vulgo.

8. *quos fletus Hecube*] i. e. quot lacrimas effudit, ut Virg. Aen. IV. 570. *Num lacrimas victus dedit? quos* pro *quot* ut ap. Ciceronem VI. Verr. c. 21. *quos putatis fletus mulierum, quas lamentationes fieri solitas in hisce rebus? quot fletus Hecubae, quot dedit Andromachae* B. inprob. Klotzio Act. Erud. 1759. p. 697.

10. *hac tumulavit*] *accumulavit* ms. Voss. *atumulavit* Petav.

242.

Anth. I. 139. *Pintadi* ms. Voss. Thu. 8071.

1. *pater*] Cephissus.

2. *undas*] *amnes* Wernsd.

3. *patrem*] *patrem esse dum* ms. Voss. 2m. — *puerum* Piersonus, sic Ep. 143. *Dum putat esse parem vitreis Narcissus in undis.* Ex Add. B. T. II. p. 710.

quaerit] *quaerat* Thu.

in amne] *inanem* ms. Salmas.

4. *lacu*] *lacus* Thu.

5. *quod*] *quo* Heius.

7. *stat*] *flet* Heins. Conf. III. 253, 20.

243.

Anth. I. 140. In ms. Voss. *Pintadi* inscribitur.

1. *proprios mediis in*] ms. Salm. *proprios mediis in fontibus ingens* Thu. 8071. *propriis .... in fontibus* ms. Voss. *propriis Narcissus fontibus ignes* vulgo.

2. *deceptum urit*] mss. Salm. Voss. Thu. Similiter Catullus 63, 44. *Speret nec linguam esse, nec auriculam.* Conf. Santen. ad Terentian. v. 1778. *deceptum torret* vulgo. *deceptum ludit* B. improb. Klotzio, quia epigrammatis acumen in eo consistit, ut aquae poeta flammas tribuat.

244.

Anth. I. 141. *Pintadi* ms. Voss. Thu.

1. *hic*] *hoc* ms. Voss.

credidit] *creditur* ms. Salm. Thu. Voss.

3. *cernis ab*] Higtio videbatur esse epigramma in Narcissum florem, in ripa irrigua surgentem, et significari, eum e prato in ripam ad flumen propius esse translatum, ut crescat ab aquis, quibus periit, ideoque et legendum videbatur:

*Cernis ab irriguo repetentem gramine (*vel *margine) vitam,*
Ut, per quas periit, crescere possit aquis.

(Add. T. II. p. 710.) *cernis ubi irriguo* Heins.

ripas] ms. Salm. *ripam* vulgo [Corrige context.]. Narcissum florem vides amantem ripas rivorum, quia herba est irrigua, vel solo irriguo indiget.

4. *aquas*] int. ut per aquas, per quas periit, c. p. — *ut puer quas p. c. poscit* mss. Voss. Thu.

245.

Anth. III. 88. mss. Salm. et Voss. Pentadio tribuunt, ms. Thuan. 8069. Pentade, ms. Simeonis Bosii Ausonianus Ciceroni inscribit, in Catalectis Petronianis Q. Ciceroni, ab aliis Ausonio aut Petronio vindicatur.

3. *est*] om. mss. Salm teste Boissonadio ad Nicetae lib. III. 332.) Voss.

una] mss. Voss. Thuan. Boissonad. *ulla* vulgo.

4. *bona*] mss. Salm Voss. Thuan. Boisson. *bona est* vulgo. In Thuan. 8071. neque a 3tio neque a 4to versu abest *est*, teste Silligio.

246.

Anth. I. 142

247.

Anth. I. 148. Inter Cataniam Messinamque saxa Cyclopia in ora maritima surgunt, quorum unum ab incolis *Rocca d'Iaci* dicitur, quia hic a Polyphemo Acis interfectus esse traditur. Hic ipse scopulus epigrammatis argumentum est. Cf. Münter Nachrichten von Neapel und Sicilien p. 459.

1. *Acidos*] v. Ovid. Met. XIII. 884.

2. *iugis?*] punctum interrogationis addidi.

3. *Cyclopei*] penultima longa, quae alias brevis esse dicitur. Sed *Cyclopius* ibi valet, ubi brevem penultimam poscimus.

4. *Nympha*] Galatea.

6. *vehit*] *dedit* B. — Fluctus resonare videntur nomen Acidis.

7. *neque*] *nec* vulgo.

248.

Anth. I. 165.

1. *Chrysocome*] Oudend. *Chrysoconte* ms. Leidensis, in quo solo hoc epigr. legitur. *Chrysogone* Burmannus in Add. T. I. p. 725., sed Oudendorpii coniecturam rursus praetulit T. II. p. 74.

249.

Anth. II. 203.

1. *colui*] *sevi* Ald. Virgilii.

2. *capras*] *capras arma duces* ms. Voss. *campos rus hostes* ms. Hamburg. *capras rus hostes quaeque labore gravi* ms. Gothanus ap. Dübner. in Iahuii Ann. 1828. T. III. F. III. p. 309.

250.

Anth. III. 93. Pentadio vulgo tribuitur, sed incertum, an codicum auctoritate id fiat: certe melioris aetatis poema esse, quam est Pentadius, adnotat Wernsd. T. II. p. 460. — Hendecasyllabi.

1. *beata*] *veata* ms. Voss.

2. *quod*] *quos* mss. Voss. Scal. *quam* H.

3. *videre*] *virere* ms. Scal. *nitere* H.

4. *lecto*] *toro* ms. Voss.

5. *pluma*] Martial. l. XII. 17, 8. *Dormit et in pluma purpureoque toro.*

8. *arvo*] *auro* ms. Voss. Scal.

10. *sed nullos*] *nec vanos populi favore magni,*
sed nullos trepidum timere casus.

mss. Voss. Scal.

13. *licebit illi*] *licebit, ille* Oudend.

251.

Anth. III. 105. *Pentadi de fortuna* ms. Thuan. 8071. *Pintati* ms. Salm. *Pintadi* ms. Voss.

1. *adsidue*] *assiduo — assiduo* Pith. ms. Salm. *adsuo* Thu.

3. *Progne*] *Prognae, pia dicta* Oudend. — Progne facta est, ut pia erga sororem fuisse diceretur, vel factum est, ut Progne pia esse diceretur.

5. *carmine — carmine*] *crimine — crimine* Schrader. *Carmen* hic pro artibus magicis positum est. *carmina — carmina* Thu.

visa — fuit] Boissonad. ad Nicetae lib. I. 238. comparat φανεὶς σου, pro quo alii scriptores ὤν aut γενόμενος adhiberent.

ulta] *ultra* Thu.

7. *ad auras*] int. superas.

8. *abit*] ms. Salm. *habit* Thu. *habet* ms. Voss. *abest* vulgo. — *abit* pro abiit ut *petit*, *subit* pro petiit, subiit. v. Tollius ad Auson. epitaph. Her. 31. Heins. ad Ovid. I. Fast. 109.

9. *poma*] *mora — mora* B., quia in fabula Thisbae et Pyrami *mora* a poetis commemorantur, ut in Anth. III. 211, 7. Sed *poma* sunt generale nomen omnium pene fructuum, qui ex arboribus sunt, imo nuces quoque his comprehenduntur.

tristi nece] *Sanguine poma rubent Thysbaeo tincta repente* H.

11. *Minoïa*] *minonia* Thu.

13. *qua*] *quia* ms. Voss. *quam* Thu.

14. *hac*] *ac* mss. Voss. Thu.

15. *adest c., sunt gaudia — adest*] Thu. *adest coelo sunt gaudia* mss. Voss. Salm. *ades c., das gaudia — abes.* vulgo. Boissonad. ad Nicetae l. I. 238. adnotat: „*ades — adest* ms. Salm. *adest — adest* ms. Thu. Scribendum utroque loco *ades*. Leda alloquitur et Pollucem et Castorem. In pentametro ad *ades* subaudiendum *hic*, *in terra*. Lectio Voss. cod. *sunt gaudia* et bis *adest* mihi magis etiam placuerit." In pentametro *quod alter adest* explico, quod alter tantum, non ambo nati adsunt.

17. *saepe fuit — saepe fuit*] mss. Salm. Voss. Thu. *saepe fuit — et ipse fuit* vulgo. *et ipse fuit — et ipse fuit.* B. Wernsd. vulgatam tuetur.

diri Busiridis] *diribus hiridis* Thu.

18. *Busirisque aris*] *Busiridis horis* Thu. *busiridis oris* ms. Voss.

21. *ausa est*] mss. Voss. Salm. Thu. Boissonad. ad Nicetae l. III. 332. — om. *est* vulgo. Pro *ausa* Schrader. *usa*, iungens *stipite*, *fatifero fratribus*. — Explico *iuste ausa est* Althaea facinus iustum ausa est i. e. patravit.

23. *flevisti in*] *in* om. mss. Voss. Salm.

Gnosis] *Gnosi* B.

24. *laetaris coelo*] *laetatur caelo* ms. Voss. *laetatur caelos* ms. Salm. *laeta tulit coelos* H.

25. *vexit*] *vixit* Thu.

27. *Tantalis*] Niobe.

28. *adflicta Tantalis*] brevis syllaba in medio pentametro (ut in v. 34.) tum in Catullo, tum in hac Anthologia tam saepe reperitur, ut a mutatione absterreri debeamus. v. Santen. ad Terentian. p. 291 sqq. Eodem modo Pentadius in Anth. I. 140, 2. — *adflicta at Tantalis* H. B. *Tantalis e numero — adflicta est Tantalis e numero* Oudend.

30. *et quae*] *hoc quoque* ms. Salm. Deest vs. 30 et 31. in ms. Voss.

32. *versa*] *mersa* H. idque placet. „*Exquisitius dictum esset mer-*

sa est, sed propterea non verior ipsius quam Pentadii scriptura." Wernsd.

per] *post* mss. Salm. Thu.

34. *animae prima*] mss. Salm. Voss. Thu. *animae primae* Oudend. *animae pretium* H. *animae aeternum lux* vulgo. De brevi syllaba v. ad vs. 28.

35. *laetitiae diversa*] i. e. mala opposita sunt laetitiae vel bonis.

creata] *creati* mss. Voss. Salm.

36. *et iuncta*] *iuncta tam* mss. Voss. Salm. *et iunctam assiduae* Thu. An legendum *at iuncta?*

252.

Anth. V. 69. *Pentadi de adventu veris* Thu. 8071. *Pintadi de adventu Veneris* ms. Voss. *Pintati de adventu veris* ms. Voss.

1. *animantibus*] mss. Salm. Thu. *amantibus* ms. Voss. *moventibus* vulgo.

2. *aquis*] *equis* mss. Salm. Thu. Voss. Eurus tepentes pluvias advehit vere.

fugit] *fuit* Thu.

3. *persentit*] mss. Salm. Voss. *praesentit* vulgo. *persenti cera calores* Thu.

5. *vireta*] *virecta* mss. Salm. Voss.

foliis] *folio* mss. Salm. Voss. Thu.

7. *Ityn*] *sytin* ms. Salm. *modulis tot* Thu.

9. *per*] *pes* Thu.

10. *late resonat*] *latero res.* ms. Voss. *latere sonat* ms. Salm.

11. *sola flatus Eoi*] ms. Salm. *sola patus Eoi* mss. Voss. Thu. *Sol purus Eoi* vulgo. Flatus Eoi est aura Luciferi matutina. Die Morgenluft bemalt den Boden mit Blumen.

12. *Tempeaque*] ms. Salm. *temporeaque* ms. Voss. *temporaque* vulgo. *Tempeaquae* Thu.

14. *voxque*] *bisque* ms. Salm. *usque* ms. Voss. *visque* Thu.

15. *vitea musta*] i. e. der junge Wein. Vitea musta dicitur ut musta olei apud Plinium XV. 1. *Consequens olearum vindemia est, arsque vel maior, olei musta temperandi i. e.* oleum recens.

vincta] H. *iuncta* ms. Voss. vulgo. *iunctas* ms. Salm.

17. *nota tigilla linit — nota tigilla linit*] mss. Salm. Voss. Thu. *Iam motacilla canit — iam motacilla canit* vulgo.

garrula luce] i. e. per totum diem. An *garrula voce?*

19. *iucunda*] cum a B. verbum desideraretur, mutavit

Sub platano viridi iucundus somnus in umbra.

Sed *texuntur*, quod in versu sequenti est, per zeugma ad *somnus* intelligi potest, *somnus texitur* pro capitur. Si cui hoc durum videatur, libenter accipiet coniecturam hancce:

Sub platano viridi iucundat somnus in umbra.

Nam *iucundare* Lactantius aliique sacri scriptores, quibus Pentadius quoque adnumerari debet, frequenter ponunt, teste Bünemanno ad Lactant. IV. 6.

somnus] *summimus* Thu.

20. *viridi*] *viri* Thn.

21. *fila recurrite fusis*] i. e. sic properent anni, so mögen die Faden des Lebens der Spindel enteilen; *recurrere* ut ap. Horat. epist. II. 1, 147.

Libertasque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter.

fusis est pro de fusis, ut ap. Virg. Geo. IV. 348. *Fusis mollia pensa devolvunt.*

253.

Anth. II. 257. Vetus est inscriptio *Epigramma de pastoribus a Citerio Sidonio oratore factum.* Citerium Sidonium eumdem esse ac Citarium Siculum Syracusanum, grammaticum Burdigalensem, quem inter Professores nominat Ausonius epigr. XIII. adnotarunt Vinetus, Scalig., Burm., Wernsd. in Poet. T. I. p. 574. Sed Torremuzza in Inscriptt. Siciliae Panormi 1784. p. 305. epigramma suspectum et recens esse dicit.

1. *Theon*] *Theo* ms. Voss.

monte] *colle* ms. Voss. 2.

2. *Sabino*] *Sabina* ms. Voss. ut v. 3. *Sabine* ms. Voss. 2.

3. *vite Sabine*] versum spurium censebat Schraderus, quia *Sabine* casu quinto interseritur inter *Almo*, *Theon* et *egerat* (Ex Add. B. T. II. p. 729.). Defendit verborum rationem Wernsd.

6. *melodes*] ms. Voss. *melodis* ms. Voss. 2. *melodus* vulgo.

254.

Anth. II. 173. *De operibus Virgilii. Incerti.* vulgo inscribitur. Barthius Adv. XIX. 24. ex ms. *Alcimo* vel *Alcinoo* tribuit. Sed coniunxi, consilium Wernsdorfii secutus in Poet. L. Min. T. VII. p. 22., plura epigrammata, quae in mss. partim Aleimo, partim Avito, partim Alcinoo inscribuntur, ratus Latinum Alcimum Alethium indicari, qui ab Ausonio inter Professores e. 2. laudatur. Aetatem eius statuit Hieronymus, qui in Chronicis ad a. C. 360. scribit: *Alcimus et Delphidius Rhetores in Aquitania florentissime docent.* Quatuor formae eiusdem nominis in mss. extant *Alcimus*, *Alcinius*, *Alcinus*, *Alcinous*, quae varietas alibi quoque observata est. Vid. Ruhnkenii Hist. Oratt. p. XLII sq. Diversus ab hoc poeta est Alcimus Avitus, episcopus Viennensis, sacrorum carminum auctor. In cod. Huydecoperiano inscribitur *Virgilius de se.*

1. *Romanus*] *romanum* ms. Hamburg. *mellifluum q. Romanum* ms. Voss.

2. *utrumque*] iut. Homerum, tum Maeonium, tum Romanum.

3. *illius*] Homeri Maeonii.

miretur] ms. Hamburg. *miratur* vulgo.

4. *at minor*] Homeri carmina maiora sunt quam Virgilii, sed Virgilius plura poëseos genera quam ille excoluit.

mage] ms. Barthii. *bene* vulgo.

5. *desit*] ms. Voss. *non pastor*, *miles*, *nec curvus deerit arator.* vulgo. Hoc distichon deest in ms. Gothano, teste Dübnero.

6. *trina mihi*] Virgilius complectitur tres poetas graecos, Homerum, Theocritum, Hesiodum: in omnibus enim generibus, in quibus hi singuli excellunt, ille princeps fuit; ac continet tantum ingenium, quantum in tribus illis poetis distributum est.

255.

Anth. II. 177. *Alcinii* ms. Voss.

1. *qui*] *quis* Heyn.

256.

Anth. II. 178. Inscribitur vulgo *Alcinoi de Virgilio.* — *Alcimi de Virgilio* ms. Thu. 8069.

2. *tunc*] Thu. *tum* vulgo.

3. *at si*] Thu. *et si* vulgo.

257.

Anth. III. 211. Wernsdorf. P. L. Min. T. VII. p. 134. Alcimi vel Alcinoi nomen inscribitur.

1. *puniceum — malum*] i. e. malum Punicum, der Granatapfel oder Liebesapfel, il pomo di zitto. Veneri sacra erant et amoribus inserviebant. V. Böttigeri Sabina T. II. p. 72.

3. *Cydonia*] int. mala, Quittenäpfel, quae itidem Veneri et Cupidini sacrata erant.

5. *Amarylli*] ex Virg. Ecl. II. 52.

7. *mora*] de moris in fabula Pyrami et Thisbae v. supra epigr. 190, 10.

9. *misit*] *misi dente levi paulo libata placenta*
nectare, de labris dulcia membra suis.
ms. Bineti.

dente levi p. libata] v. Böttig. Sabina T. I. p. 222 et 254.

11. *nescio qui*] ita scripsi, i. e. quomodo. *nescio quid* vulgo.

12. *spirans*] *spirans Cecropio dulcius ore thymum* B. *spirat Cecropio dulcior aura thymo* Oudend. Add. T. II. p. 746.

258.

Anth. III. 212. Hendecasyllabi.

259.

Anth. III. 259. Eidem Alcimo tribuit Wernsdorf. in Poet. L. Min. T. VII. p. 22. et T. III. p. 406.

2. *ne candida* etc.] ms. Divion. *nec candita ledas huncuibus hora* mss. Salm. Leid. *nec candida laedas in quibus ora vide* Salm. ad Trebell. Poll. Gallien. c. 11. T. II. p. 214. *nec candida* vulgo.

260.

Anth. V. 150. Alcimo inscribitur in notis Variorum ad Ovid. I. Fast. 455. ed. Cnipping. *De capone fassanatio* ms. Salm. *de capone fassanario* ms. Voss. *de caupone fassanario* Thu. 8071. *de capone phasiano* B. idque edidi. *De gallo gallinaceo* vulgo.

1. *praefulgunt*] mss. Voss. Thu. *praefulgent* vulgo. Formam antiquam et poeticam praetuli.

2. *crista riget*] *crusta* ms. Voss. *ridet* Thu.

3. *inguina*] Thu. *incuina* ms. Salm. *ungua* ms. Voss. *ungula* vulgo.

4. *Paestanis*] *paestaniis* ms. Salm. *pestaniis* — *roris* Thu.

5. *distinguit*] Plin. H. N. VIII. 18. *Albis maculis rutilum colorem distinguentibus.*

6. *plumea*] mss. Salm. Voss. Thu. Scalig. *ignea* vulgo.

261.

Anth. II. 114. Hendecasyllabi. Extat in Sidonio Apollinari Epist. V. 8. *Sed triplicibus trochaeis nuper in metrum hendecasyllabum compaginatis nihil ne tuo quidem iudicio simile fecisti —, ut mihi non figuratius Constantini domum vitamque videatur vel pupugisse versu gemello consul Ablavius, vel momordisse disticho tali clam Palatinis foribus appenso. — Quia scilicet praedictus Augustus iisdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filium Crispum frigore veneni.* — Ablavius cum Annio Basso consul fuit a. u. 1083. p. Chr. 331., ut ex fastis Relandi pag. 330. cognoscimus. Zosimus in histor. lib. II. c. 40. p. 201. Ablavium praefectum urbi occisum refert a Constantio, Constantini Magni filio. Constantini tempora, quia is filium et uxorem sustulerat, similia sunt Neronianis, qui Agrippinam, matrem, et Britannicum interemit.

2. *sed Neroniana*] Adludit Ablavius acutissime ad Neronem imperatorem et ad gemmam, quae Neroniana dicebatur. Salmasius enim in Exercitt. Plin. p. 777. genus smaragdi pretiosissimum et excellentissimum *Neronianum* appellari docuit. Id vero vel a Nerone aliquo artifice gemmario nomen traxit vel ex eo, quod aqueus splendor, quia est tralucidus ac liquidissimus, a Graecis *νηρόν* et *νερόν* vocatur. Conf. Vossii Etymolog. s. v. *Neronianus lapis.* Silligii Catal. Artif. v. *Nero.*

262.

Anth. III. 275. Andreas Rivinus et Lotichius, quibus Burmannus invitus, Wernsdorfius vero in Poet. T. II. p. 193 et 272. libenter adstipulatus est, hoc carmen Aemilio Magno Arborio, rhetori Tolosano, avun-

culo Ausonii, qui eius elogium in Parentalibus Carm. III. et in Professoribus c. XVII. scripsit, vindicant.

5. *tanto*] *tanti* B.

15. *facis*] fuco adhibito. Ex hac elegia totum mulierum Romanarum ornatum luxuriamque cognoscimus.

19. *obducta*] Eldick. Spec. Suspicionum p. 219. ut in Anth. III. 214. *occulta* vulgo. *occultas candenti veste papillas* Oudend.

30. *nec qui*] i. e. non is sum, qui te, tam eximiam puellam, invitus amet.

32. *nec qui te*] *nec prae te* Oudend. Explicat Wernsd.: nec qui te tum demum vellet amare, si esses dea rosea vel ipsa Aurora.

33. *possent — possent*] an *possunt — possunt?*

37. *candidiora, recenti Sed*] sic interpunxit Wakef. ad Lucret. III. 959. vulgo interpuugitur post *recenti*.

40. *posuere*] ut Seneca dicit *nives posuit bruma*.

45. *alba ligustra*] ligustrum Italicum (die Rheinweide) in hortis colitur floresque habet candidissimos.

46. *fixa*] i. e. se erigentia in caespite.

48. *vulsa suis*] B. *vulsa tuis* vulgo. Rosa spinis non vacat.

52. *haec quamvis*] *quamvis haec* Wernsd.

moverit] v. Mitscherlich. ad Horat. C. II. 4, 4.

62. *deum*] *Iovem* B. ne par sonus inter *deum* et *eum* existat. In Ovidio autem multa iam huius mollitiei exempla inveniuntur, ut in Amor. III. 5. v. 2, 4, 10, 18, 34, 42, 46.

63. *opima*] *prima* B.

68. *et te*] legendum *tete*.

74. *regna perire*] si tu cum deabus contendisses, te, non Venerem Paris praetulisset, tum regnum non perdidisset Priamus.

86. *prae tribus*] Eldick. Spec. Suspic. p. 218. *de tribus* vulgo.

a Paride] Rivinus. *a Paridi* vulgo et Wernsd., qui metro aptius putat. At forma ista in hoc nomine inaudita est et brevis syllaba in commate priore pentametri a Terentiano M. v. 1778. admittitur. Nec aliter in v. 82.

92. *sollemnis*] *praepollens* vel *sublimis* B.

263.

Anth. I. 136. Wernsdorf. in Poet. L. Min. T. II. p. 389 et 451. plures Palladios oratores ac poetas enumerans, illi hoc de Orpheo carmen tribuit, cui, poesi et carminibus claro, monumentum ab Iulio Nicephoro, patre, positum extat in Anth. IV. 220. *Ut te, Palladi, raptum flevere Camenae, Fleverunt populi, quos continet Ostia dia.* Idem rhetor fuit et Symmachi familiaris, ut ex eius epistolis novimus. I. 15. 94. III. 50. Alter Palladius longe serioris aetatis inter poetas scholasticos est, quorum carmina infra editurus sum. *De Orpheo Palladius* mss. Voss. Petav. Versus Archilochii, quales apud Horatium I. 4.

2. *acrium*] *atrium* mss. Voss. Petav.
5. *modos*] *modo* mss. Voss. Petav.
6. *umbram*] *umbra* mss. Voss. Petav.
8. *docti*] *doctam* mss. V. P.
9. *placidis*] *placudis* ms. P.
mitigavit] *mitigarit* mss. V. P.
12. *expolivit*] *expoliavit* mss. V. P.

264.

Anth. III. 161. Inter epigrammata Magni Felicis Ennodii legitur.
pavit] i. e. qui nunquam quemquam convivio accepit. Salmasius ad Spartiani Hadrian. c. 17. T. I. p. 161.
1. *deposcite*] *deponite* ms. Salm.

265.

Anth. II. 137. Sequuntur deinceps aliquot epigrammata, quae Q. Aurelii Symmachi oratoris esse feruntur. Sed in primo statim eorum huic opinioni occurrendum est. Id ipsum enim Symmacho oratori tribui non potest. Annorum namque ratio id non permittit. Symmachus Aurelius ab anno circiter 370. usque ad 400. p. Chr. floruit, Boethius vero anno demum 524. diem supremum obiit. Nihilominus autem Symmachus quidam hos versus composuit, et in eo tantum vulgo peccant, quod uni eidemque Symmacho haec epigrammata vindicant, ut etiam Saxius in Onomast. T. I. Praef. p. XXXI. in catalogo poetarum Anthologiae Q. Aurelium Symmachum solum recenset. Id igitur aut Q. Aurelius Memmius Symmachus, consul a. p. Chr. 485., socer Boethii, cui librum de S. Trinitate adversus Nestorii et Eutychetis errores inscripserat, fecit, aut, quod vero magis est simile, Q. Aurelius Anicius Symmachus, nepos eius, quem modo nominavi, consul cum Boethio filio a. p. Chr. 522. v. Fasti Relandi p. 689. et Fabricii Bibliotheca lat. T. III. p. 170. quos secuti sumus. Aliter enim Petrus Bertius in praefat. ad Boethii librum De Consolatione pag. 29. statuit, Boethium tertium ultimumque consulatum eum Symmacho socero suo gessisse a. p. Chr. 522. aetatis suae 67.
3. *ignotus*] i. e. habes, qui etsi tibi non notus, te colit.
4. *sophos*] σοφῶς, ut in Martiali saepe invenitur, pro egregie, praeclare.
5. *locum*] int. requiei.
6. *uxoris*] Elpidis.

266.

Anth. II. 143. Hoc epigramma Symmachi oratoris est. Extat enim in epist. 1. lib. I., in qua Symmachus patri suo scribit: *Baulos Lucrina sede mutavimus, non quod eius diversorii satias ceperit nos, quod, cum diutius visitur, plus amatur sed quod metus fuit, ne, si Baulo-*

rum mihi inolevisset affectio, cetera, quae visenda sunt, displicerent. Ibi ***Acindyno*** *conditori eiusque maioribus emmetra verba libavi, et picturae licentiam, quae vestitum disparem singulis tribuit, in rationem coegi.* Acindynus consul fuit a. p. C. 340., n. c. 1092., et praefectus praetorio Orientis, quod versu 4. indicatur.

1. *Attica palla*] philosophorum est ornamentum.

toga picta] triumphantium fuit consulumque sub imperatoribus. Festus s. v. picta. *Picta quae nunc dicitur toga, antea vocabatur purpurea, eratque sine pictura.* V. Forcellin. v. *pictus.* Salmasius ad Vopisci Carinum Imp. c. 20. T. II. p. 853. Creuzer. Antiquit. p. 186.

2. *sacris*] i. e. pontifex erat. *sophis* Barth. Adv. XXX. 8.

5. *si*] *sed* ed. 1653.

pictura] hi versus a Symmacho ad illustrationem picturae componebantur, in qua Acindyni socer, Acindyni pater, Acindynus ipse conspiciebantur, cuncti ornatu proprio ac conveniente praediti. Id ex epist. Symmachi patris (l. I. ep. 2.) novimus. „*Quid enim concinnius epistola tua, quam nuper accepi? quid versuum admixtione iucundius? Quod utinam sensus aliquis eorum supersit, quorum imaginibus praescripta videmus epigrammata! Facile laudabunt tales successores laborum suorum, qui picturae nitorem pulchrioribus versibus illuminarint.* Alter Atticam pallam, alter pictam togam, tertius paludamentum gerebat, quod Symmachus his verbis in ep. 1. intelligit: *picturae licentiam, quae vestitum disparem singulis tribuit, in rationem coegi h. e. causam eius rei illustravi.* — *praetura* vulgo invitis mss. In pictura deerant fasces sive insignia consularia Acindyni, unde dicit *Si fasces pictura tacet.*

267.

Anth. II. 144. Symmachi oratoris est, et extat in Epist. eius L. 1. Wernsd. Poet. T. IV. p. 550.

2. *eruta*] *fer ut ager sone deiulare tergemini* ms. Scioppii. *Eruta tergemini de lare Gerionis.* Iuretus. *eruta Geryonis de l. t.* Lipsius ad Tacit. Ann. XIV. 4.

3. *Boaulia*] Lipsius. *Boalia* vulgo.

9. *Acindynus*] Flavius Septimius Acindynus consul a. p. Chr. 340., de quo supra.

10. *Orfitus*] Memmius Vitrasius Orfitus, de quo Valesius ad Ammian. Marc. XVI. 10. et B. ad h. l. agit.

11. *iuvenile decus*] i. e. iuvenum decus. — *iuvenale d.* ed. 1653. *iuvenile decens* Wakef. ad Lucret. I. 120. *vulgo* ***decus*** *constructione nulla.*

12. *bisseno — fasce*] Symmachus de semetipso loquitur, et consulatum suum a. 391. intelligit, quia duodenos fasces habebant consules.

13. *sed*] ed. 1653. *si* vulgo. Sed Baulorum deliciae nondum ad

otium te allicere possunt; iuvabit enim, dum iuvenis es, laboribus vacare reipublicae.

268.

Edidi ex Symmachi Epist. I. 8. Wernsd. T. IV. p. 552. coll. T. I. p. 276.

2. *Gauri*] Heins. ad Ovid. Met. X. 558. et ad Silium XIV. 409. *guttur* mss. *vite* Iuretus. — Gauri montis summa consita esse vinetis, medium fumare ignitis vaporibus, ima allui dicit h. e. sinu Baiano, quem inter et Gaurum montem lacus Lucrinus. Wernsd. T. I. p. 277.

4. *media incoquit*] H. *medium coquit* ms. Scioppii. Iuretus.

5. *ima*] *iam* ed. 1653.

6. *Thetis*] duabus brevibus, ut solent poetae. *Tethys* Wernsd. T. IV. p. 553., errore, quia id nomen primam longam habet.

vagae] H. *Baiae* vel *Baia* edd. Sorores Thetidis sunt Nereides.

9. *Amathusias renidens*] i. e. Venus renidens vel ridens. H. *Amathusiam* ms. Iureti. *Amathusium* ed. 1653. *Amathusias*, *adis* alibi non legitur; v. intpp. ad Ovid. Met. X. 227. — Venus ad lacum Lucrinum templo colebatur, unde *Lucrina Venus* ap. Stat. Silv. III. 1, 148.

10. *et vaporis*] Venus, quae ad lacum Lucrinum adorabatur, praeses erat huius regionis. Sinus Lucrinus ac mons Vulcanus, in cuius vaporantibus cavernis balnea calida latebant, in eius tutela fuere. — *et leporis* H. *et saporis* Burm. ad Petron. cur. secund. c. 3. B. ad Anth. II. 144. T. I. p. 327. inprobante Wernsd. T. IV. l. l.

269.

Anth. II. 145. Quinque sequentia epigrammata patri Q. Aurelii Symmachi oratoris tribuuntur, qui in epist. ad filium I. 2. scribit: *a nobis quoque accipe bonorum aetatis meae exarata nuper elogia. — Sed quae prima compegi, interim pauca misi, obtestatus te per deum, ut, si quid in his displicebit, emendes.* L. Aurelius Avianus Symmachus pater praefectus urbi fuit a. u. 364. De eo v. Valesius ad Ammian. Marcell. XXI. 12. Inscribitur Aradio Rufino, qui praefectus urbi fuit. Idem Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus in inscript. ap. Burm., Q. Aradius Valerius Proculus in inscript. ap. Orellium N. 1079. vocatur.

2. *prospera*, *cuique*] i. e. qui in fortuna atque in infortunio parem sibi gloriam factis comparavit. *cui prospera quaeque*. *Tristia* Schrader. Add. T. II. p. 724.

3. *tristia*] *tristitiam tumidis aequabat gloria rebus* ed. 1653.

270.

Anth. II. 146. L. Aradius Valerius Proculus sub Constantio proconsul Africae a. C. 340., eodemque anno consul cum Acindyno fuit.

1. *non oneravit*] tamquam indignos gloria avita.
2. *decore*] ed. 1653. *decorem* vulgo. *decorum* Oudend.
3. *Poplicolarum*] *Publicolarum* vulgo.
6. *erat*] *erit* ed. 1653.
non deinde] *non deinde timebis* ed. 1653. *et quamquam reverendus, eum non deinde timebis.* Barth. Adv. XXX. 8. *non inde timendus* Oudend.

271.

Anth. II. 147. Annius Anicius Iulianus consul a. Chr. 322.
2. *praeluxerit Annius*] ms. Fuldanus. *praeluxerit ammus unus* ms. Bessar. *praeluxit Anicius* ex coni. Scioppii Iuretus. vulgo. Sirmondus docet, ex inscriptionibus probari, *Anicium* aut *Annium Anicium Iulianum* aut *Amnium Anicium Iulianum* vocatum esse.
4. *hic et carus erat*] int. ex anteced. *hic cunctis carus erat.*

272.

Anth. II. 148. Petronius Probianus cos. fuit cum Anicio Iuliano a. Chr. 322.
1. *quos*] ed. 1653. Oudend. *quod* vulgo.
5. *adsiduus*] ultima arsi producitur.
hospes] Augustis hospes hic dicitur de praefecto Urbis, ut B. ad eleg. in obit. Maecen. v. 27. docuit: *Num minus urbis erat custos et Caesaris hospes?* Itidem in Grut. Inscriptt. p. CVII. 8. *hospes Ti. Caesaris Aug.* invenitur.
6. *tetulisti*] Supra II. 112. *Si talem Graium tetulissent fata poetam.* — *retulisti* ed. 1653. falso, cum *re* in praeterito verbi *referre* producatur.

273.

Anth. II. 149. Lucer Verinus sub Constantino Magno Vicarius Africae fuit et praefectus Urbi.
3. *morum*] Supra II. 146. *ponemus Proculum, vitae morumque decorem,* ut vulgo legitur.
4. *nisi in officiis*] i. e. nisi munera reipublicae te impediebant.

274.

Anth. V. 115. Wernsd. Poet. T. IV. p. 499. Auctorem esse horum versuum Sedulium, in commentario, quem cum Burmanno communicavit, docuit Gerardus Meermannus. Extant in *Diculi libro de mensura orbis terrae*, qui ex duobus mss. Bibliothecae imperialis anno 1807. Parisiis primum a Car. Athan. Walckenaer editus est. Diculus Hibernus sive Scotus natione secundum Meermannum a. C. 711. obiit, Walckenaer vero in praefatione p. 11. nono Diculum saeculo vixisse putat, librumque de mensura orbis terrae anno 825. tempore aestivo exarasse; idque ex fine libri apparet:

Post octingentos viginti quinque peractos
summi annos Domini terrae, ethrae, carceris atri
semine triticeo, sub ruris pulvere tecto
nocte bobus requies largitur fine laboris.

De argumento versuum Sedulii pluribus locis disputat, pag. 3. *In quinto decimo anno regni imperatoris Theodosii praecepit ille suis missis provintias orbis terrae in longitudinem et latitudinem mensurari.* Deinde p. 12. *Duodecim versus praedictorum missorum, de imperante Theodosio hoc opus fieri, incipiunt*, et p. 13. *Non debet mirari, quod in primo loco septimi et octavi versus istorum amphimachrus scriptus est; quoniam, ut reor, non imperitia, sed auctoritate aliorum poetarum et maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulavit* (i. e. imitatus est) *Sedulius, qui raro pedes non alienos ab illis in heroicis carminibus posuerunt* (i. e. qui interdum amphimacris usi sunt). Porro scimus, Sedulium in Achaia conscripsisse tempore Theodosii Iunioris libros, imo Theodosio ipsi dedicasse librum.

1. *quo mundi*] *mundi quo* ms. Pithoei.

2. *quo montes*] *quo et montes* ms. Pi.

freta, portus] *portus, freta* Walckenaer.

5. *pius, totus*] sic interpunxi. i. e. ae quem totus orbis per saecula vix capit, pius Theodosius. — *ac per secla pius, totum quem vix capit orbis* vulgo. *ac per saecla, pius totus, quem vix capit orbis* Walck. iungens *pius totus.*

6. *Theodosius*] Walck. *Theudosius* vulgo.

7. *confici*] ab amphimacro incipit versus 7. et octavus. *conficier quinis* ms. Pithoei.

cum] ms. Pith. Walck. *dum* vulgo.

fastibus] fastus hic pro fastibus sive fastis Imperii ponuntur. Theodosii iunioris quintus decimus regni annus incidit in a. 423. — *fascibus* ms. Pith. Walck. Theodosii Iunioris consulatus quintus decimus cadit in a. 435.

9. *veterum*] Iulius Caesar totum terrarum orbem per geodactas mensus est, unde posthac Augustus eum Agrippa genero tabulas accuratas confici curavit. Conf. Meermannus ad h. l.

10. *reparamus*] *reparemus* Walck.

culpamque priorem] an *culpamque priorum?* i. e. errores eorum, qui antea mappas confecere.

11. *tollimus*] *tullimus* Walck.

275.

Anth. III. 144. Vaticana Collect. Inscriptt. Maii p. 75. *De detractoribus. S. Augustini super mensam.* ms. Guelf.

1. *absentum r. vitam*] *absentem r. vitam* Barth. *absentem r. amicum* Schrader. Add. T. I. p. 744. ex Horat. sat. I. 4, 81.

2. *vetitam*] *hanc mensam indigne noverit esse suam* ms. Possidii. *hanc mensam indignam noverit esse suam* ms. Guelf. *hac mensa indignam noverit esse suam*. Oudend. Maius.

276.

Edidit Duebnerus in Iahnii Ann. 1828. p. 315.

277.

Anth. I. 169. *Iuliano* adscribit ms. Petav. *De Sirenis Euf.* (i. e. Euforbi) ms. Thuan. Iulianus pariter atque Euforbus inter poetas Scholasticos infra nominabuntur. *De Sirenis* ms. Voss. *de cantu Sirenarum* ms. Vossianus Virgilii. — Wernsd. Poet. T. V. p. 46 et 519.

1. *Sirenes*] *sirenas* mss. Voss. Petav.

2. *miros*] *miseros* mss. Thuan. Voss. Petav. *ac varios* ms. Ambrosianus.

4. *omnia*] iunge: Sirenes cantabant carmina omnia, quae in thymele sive orchestra cantari solent.

thymele] *thymile* ms. Ambros. *thymale* ms. Petav.

habet] om. mss. Thuan. Voss. Pet. *amat* Scalig.

5. *queruntur*] *fuerunt* mss. Voss. Thuan. Ambros. *fuere* ms. Scal. *Queri* stringentem sonum hoc loco significat, sicuti omnium animalium voces, praeterquam hominis, querelam dicebant antiqui.

7. *aëdon*] *edon* mss. Voss. Pet. *quod leves et calami* ms. Thuan.

9. *vocis*] *vocam* ms. Thuan. *vocum* H.

10. *mergebant*] *marcebant* ms. Ambros.

11. *venit Ulixes Et tutos sol.*] mss. Pet. Thuan. *generatus magnus Ulyxes Hac tutos sola praestitit* vulgo. *venit Ulysses ac tutos solita* Wernsd. *ventus U. et toto solida* ms. Voss. *generatus donec Ulyxes Insolita tutos praestitit* Barth. *et tutos solida* ms. Gothanus ap. Duebner.

13. *illevit*] *in levi* ms. Thu.

15. *transiluit*] *transiit ut scopulos* Heins. B. ad Propert. p. 357. improb. Klotzio in Antib. p. 70. et Wakef. ad Lucret. I. 834.

16. *desiluere freto*] i. e. in fretum. Virg. Aen. V. 451. *It clamor coelo.* Ramshorn. L. G. p. 352. [p. 220. ed. pr.]. — *desiluere fretum* Wakef. *dissiluere* ms. Thu. *disiluere* ms. Voss.

278.

Anth. I. 79. Wernsd. T. V. p. 1 et 525.

1. *Musoni suboles*] maternum genus a C. Musonio Rufo, philosopho, paternum ab Avieno duxit Festus Avienus. In monumentis sepulcralibus Etruscorum, quorum Festus quoque erat, plerumque nomen maternum, imo saepius quam paternum referri, docet O. Müller. De Etruscis T. I. p. 418. 403. Rufus Festus ex Vulsiniensi civitate oriundus est, quae eadem patria Musonii erat.

2. *Caesia*] aqua Caesia, quae in Umbria sita est (Martial. IX. 59. et VII. 97.) a Festo primum aut carminibus celebrabatur, unde famam acceperat magnam, aut ab eo nomen accepit Festam Avienam, quod antiqua Caesia per eum instaurata est vel aquaeductus noviter instructus et munitus ad usum publicum. Innititur haec opinio Wernsdorfii in epigrammate, quod Anth. III. 43. legitur.

FAVsta novum domini condens Fortuna lavacrum
invitat fessos huc properare viros.
Condentis monstrant *versus primordia nomen,*
auctoremque facit litera prima legi.

Quia ultimus versus pronuntiat, literam primam significare auctorem, hic tribus literis prioribus *FAV* expressum videtur nomen Festi Avieni.

3. *Nortia*] Nortia, Etruscorum dea, Vulsiniis templum habebat. Liv. VII. 3. Tertull. Apolog. c. 24. Haec dea par est Romanorum Fortunae vel Nemesi. Vid. O. Müller. De Etruscis T. II. p. 54.

4. *proconsulis*] Colligimus ex inscriptione graeca, quae apud Gruter. p. 464. n. 7. extat, statuam Rufi Festi proconsulis Graeciae et Areopagitae Athenienses publice erexisse. Haec inscriptio ad Rufum Festum Avienum referri potest, quia in Avieni Periegesi huius proconsulatus vestigia apparent (v. Wernsd. l. l. p. 2.). Alterum proconsulatum in Africa a. 366 et 367. gessisse eum suspicatur Wernsd. Avienus enim temporibus Valentiniani, Valentis, Gratiani, fortasse iam sub Constantio Iulianoque floruit, et aequalis erat Symmachi.

5. *carmina*] ut Metaphrasin Arati et Periegeseos Dionysii, Oram Maritimam, Virgilii Fabulas, Livii Historias in iambos redactas. Alia sunt incerta. Conf. Wernsd. l. l. p. 29 — 52.

6. *Placidae*] hinc filius eius Placidus dictus. Anth. IV. 310.

7. *vivax et*] i. e. liberi longam vitam promittunt. *vivax sit* B.

8. *composita*] *cum posita* Higtius Add. T. II. p. 708.

279.

Anth. III. 58. Flavianum Myrmecium cognatis Avieni accenset Wernsd. T. V. p. 26. coll. 514. Myrmecius vocatur aut a Myrmece, insula Africae, aut a Myrmecio, oppido Tauricae peninsulae. Patrem habet Q. Clodium Flavianum proconsulem Africae a. 357., et vicarius erat Africae nec non praefectus praet. Illyrici et Italiae per annos XII sub Theodosio primo. Liber secundus Epistolarum Symmachi eidem Flaviano est inscriptus.

1. *Poenus*] int. nauta sive mercator.

3. *vecta*] *invecta* Heins.

4. *relaxes*] i. e. largire nobis aliquot ad gustandum.

7. *Romuleaeque Phari*] Romulea pharos est Pharus, portus Ostiensis, ab Iuvenali Tyrrhena Pharos dicta. *Romuleique Phari* Pith. v. Schneider. L. Gr. p. 53. *Romuleique fori* Oudend. (?).

9. *Adriacos* etc.] Wernsd. Barthius in Adversariorum fragmento, quod Fiedlerus edidit a. 1827. p. 196. *Adria consurgente notus qua prospicit aestus* vulgo. *Adriacus surgente Noto quam prospicit aestus* Heius.

14. *situ*] *sinu* H. Construe: quibus fetura granorum, arta spisso situ, cohaeret.

15. *quadrant*] i. e. mala latus granorum undique tegunt. *claudunt* Oudend.

16. *pallam*] *telam* H. *pellem* Wernsd.

17. *examina f. casses*] H. Wernsd. Barth. l. l. *et agmine* ms. Voss. *ex agmine flammea calles* vulgo, errore typograph.

19. *partibus*] *pastibus* ms. Voss.

20. *longis malis*] i. e. diuturnis morbis.

24. *mensis redeuntibus*] i. e. mit der Rückkehr der Tafelfreuden.

25. *ne*] ms. Voss. B. *nec* vulgo. Wernsd.

280.

Anth. III. 59. Avieno tribuit ms. Scriverii, ms. Leidensis Catoni; *Martialis de habitatione ruris* ms. Salmas., ut et inter eiusdem epigrammata lib. IV. 90. legitur.

1. *respondi*] *respondis* mss. Voss. Vatic. Salm. 1m. *respondeo* ms. Wittian. Scriver. Wernsd.

2. *luce deos oro*] mss. Voss. Wittian. Wernsd. Poet. lat. T. III p. 460. T. V. p. 13 et 522. *mane deum exoro* vulgo.

arvaque viso] *arva reviso* mss. Salm. Wittian. Voss. *famulosque arva reviso* ms. Leid.

3. *partitusque*] *partibus atque* ms. Witt. *pastitusque* ms. Leid.

4. *deinde*] ms. H. Salm. *inde* vulgo.

cio] Wakef. ad Lucret. I. 214.

5. *hinc*] ms. Salm. *tunc* vulgo.

6. *stringo*] *scribo* ms. Leid. *strigo* ms. Witt.

animo] *animi* ms. Witt. *gaudens animo et* ms. Salm.

7. *prandeo*] *pandeo pudo ludo labo ceno canto quiesco* ms. Salm. 1m. *prandeo poto ludo lavo cano ceno qu.* 2m.

9. *haec dat*] i. e. haec scripsi noctu. Hic versus una cum praecedenti in ms. Salm. deest.

281.

Anth. II. 187. Turcius Rufius Apronianus Asterius consul fuit a. 494. De alio Turcio Aproniano extat inscriptio ap. Orellium N. 3166.

1. *distincxi*] i. e. versus interpunxi et emendavi. Edidi ex dissert. Heinsii de ms. Mediceo Virgilii p. XXXVII.

3. *tempore quo*] vides, hunc codicem ab Aproniano Asterio emendatum ipso consulatus sui ordinarii anno, et quidem statim post id tem-

pus, quo, consulatum auspicatus, Circenses aliaque populo spectacula exhibuit. H.

penaces] *pinaces* Reinesius; i. e. eine breterne Theaterbude. Penaces enim sive pinaces tabulas, axes et asseres, ex quibus scena construi solebat, significant. *paneces* Valesius, ut pugna variarum ferarum designetur.

4. *scenam euripo*] In *scenam* syllaba posterior longa, et hiatus negligitur. An *scenam cum euripo?* i. e. theatrum et euripum construxi vel scenam euripo addito ornavi. Euripus variis auctorum locis aut aquaeductum aut latam fossam aut lacum ad naumachiae spectaculum effossum significat. Cic. de leg. II. 1. Suet. Caesar. c. 39. Lamprid. Heliogab. c. 23. T. I. p. 851. O. Müller Archaeolog. p. 341. Conf. Anth. III. 15, 13.

5. *ludos*] int. scenicos. *currusque* i. e. certamina curruum.

6. *teneret*] an *videret?*

7. *ternum merui*] i. e. dreifachen Beifall habe ich erlangt. Ternum merui, tria ludorum genera exhibens.

sofos] sophos, egregie.

9. *cucurrit*] Symmach. Epist. I. 14. *Cucurrit quaestus vester in meum commodum.*

10. *serunt*] legendum *ferunt.*

14. *trabeis*] i. e. dignitate consulari.

282.

Anth. I. 147. Mavortius est ille Vettius Agorius Basilius Mavortius, consul a. C. 527., ex cuius recensione Horatium hodie habemus, ut Bentleius in Praefat. ad Horat. p. IX. dicit. Cento Virgilianus. — *Maborti iudicium Paridis* ms. Salm.

1. *acu*] *acus* ms. Salm. Leid. 1m.

3. *visu*] *viso-nomen* ms. Salm. Leid. 1m.

6. *Iuno*] *uno suplex* ms. Salm.

9. *et proprio*] *et propriae distenta ferant tibi lacte capellae Ubera* B. ex Eclog. IV. 21. *Ipsae lacte domum referent distenta capellae Ubera.*

12. *pascentis*] ms. Salm. *pascentes* vulgo.

15. *orsa*] *ursa* ms. Salm.

20. *sic*] *si* ms. Salm.

numen male amicum] *male numen amicum* M. Wakker. p. 153. ex Aen. II. 735.

22. *corripit*] *colligit* Schrader. Add. T. I. p. 724.

23. *dea. Ille*] B. *dea, illa* vulgo. *Ille* sc. Paris.

24. *dulcedine*] *dulcidine* ms. Salm.

27. *Cyrneas*] *gryneus* ms. Salm. Leid. 1m. *Cyrnaeus* 2m.

28. *vaccae*] *buccae* ms. Salm.

30. *hymenaeos*] *umenaeos* ms. Salm.

35. *sententia*] *sententiam* ms. Salm.

36. *Do, quodvis*] Oudend. Add. T. II. p. 710. *Do quodvis*, *licet* vulgo.

37. *veniam*] *eveniam* ms. Salm.

283.

Anth. VI. 89. T. II. p. 633. Wernsd. Poet. T. III. p. 381 et 386. *Patricio* vel *Patrico* inscribit ms. Barthii. Id non pro nomine auctoris, sed dignitatis potius habent Barthius et B. Contra Wernsd. auctorem esse Patricium dicit; nec sine causa Patricium eum esse puto, cui Commentarios in Ciceronis Topica dedicavit Boethius, quemque rhetorem peritissimum vocat. Docti enim rhetoris hoc epithalamium esse apparet.

3. *aetheriu*] B. Wernsd. *aetheriis* vulgo.

25. *exercitus*] „i. e. totum denique agmen sive comitatum Veneris claudit Amorum exercitus, vulgus Amorum, pictis armis choreas agens." Wernsd.

27. *blandito*] *blanditu* B. improb. Wernsd.

33. *cedente — sorore*] Bacchi soror Venus esse dicitur, quia Venus et Bacchus semper fere coniuncti sunt. (Bacchus hatte, sobald die Schwester auszog, Lydien verlassen und ging ihr entgegen.)

38. *sub utroque deo*] i. e. Baccho et Venere.

44. *vestigat*] int. Silenus.

45. *festino Chlorida voto*] B. Wernsd. *festina*, *Chlorida*, *vato* vulgo.

49. *sparsas — umbras*] *sparso rumore per urbes* vel *auras* B. improb. Wernsd.

54. *divae*] i. e. Veneris.

55. *inobservata*] iunge *vestigia*.

57. *advertisse*] putat audisse, Hymenaeum elapsum e castris Veneris Romam se contulisse.

58. *victosque iugali*] *vinctosque iugali* B. An *vinctoque iugali?* Traxit tum pompam, tum eos, quos Venere ignara coniunxerat.

59. *Diona*] *Dione* B.

61. *alumnos*] B. Wernsd. *alumno* vulgo.

63. *morumque*] opulentia eorum compta nitore morum.

66. *potito*] *politi* (potiti?) B. improb. Wernsd.

68. *pater ipse iugi*] Apollo Heliconis praeses.

77. *Calliopeius*] Hymenaeus Calliopes filius esse fertur.

81. *velis*] B. Wernsd. *velit* vulgo.

82. *amplexate*] i. e. tu, qui pudorem matris imitaris.

284.

1. *Pompeius I.*] i. e. Primus. Scalig.

2. *abavis*] Ferretius in Mus. Lapid. p. 31. Gruter. p. 93. 9. Oudend. *ab avis* vulgo.

3. *posui*] *posuit* Grut. Bimardus ap. Muratorium T. I. p. 55. *usus*] *ussus* Grut. Bimardus. v. Quintil. I. 7, 20.

625.

Anth. I. 83.

1. *Cyaneis*] ego apud antiquos poetas numquam primam in *Cyane* productam, in adiectivo autem *Cyaneus* nullibi correptam inveni. B.

4. *ripas*] *ipai mox viridis renovantibus inclita Nymphis*
numine fontigero grates exundique solvens
sospes cum comites praestat renovante liquore.

Grut.

Ripae mox viridis renovantibus inclita Nymphis
flumina fontigenis grates ex undique solvens.
Sol pes cum comite praestat redeunte liquore.

M. Wakker. p. 139.

5. *numina fontigero*] *numine fontigero* Grut. nec aliter M. Gesnerus in Thes. s. v., qui *fontigerum numen* per Neptunum explicat.

626.

Anth. I. 85.

2. *Acin*] prima brevi, quam ceteri poetae producunt.

3. *nam*] *iam* Oudend. *quam* Cannegiet. Add. T. II. p. 708.

5. *pharetrae*] *faredrae* ms. Salm.

627.

Anth. I. 86.

1. *in patena*] ms. Salm. *in patenis* ms. Divion. *in patinis* vulgo. *ludit*] *ludens* ms. Thuan.

4. *positis*] i. e. superimpositis. *cibis*] *cibi* ms. Thuan.

628.

Anth. I. 60.

2. *cohibet*] Heins. *cogit* vulgo.

629.

Anth. I. 84. Dedi ex Katancschii Geographia Vetere Istri Adcolarum T. II. p. 233. Burmannus idem cum supplementis Cuperi edidit:

Dat tibi marmoreo caesam de monte Dianam,
regina undarum, Nympha, decus nemorum,
voto damnasti perfecta quem prece, Bassus,
moenitae propter moenia Germisarae.

hoc sensu: Dat Bassus, quem perfecta prece voto damnasti, Dianam marmoreo de monte caesam, decus Nemorum, tibi, regina undarum, Nympha. D'Orvill. legit *reginae*. Katancschius autem hoc adnotavit p. 363. „Ad Varadinum in thermis, perhibente Lazio, *Diana*, *regina undarum*, *Nympha*, *decus nemorum*, in epigrammate duobus distichis con-

stante, in queis hexametra principio defecta, quorum prius *hoc tibi*, posterius *pono* fuerit. Itaque universum legas:

Hoc tibi marmoreo caesum de monte, Diana,
regina undarum, Nympha, decus nemorum,
pono, damnasti perfecta quem prece, Bassus,
moenitae propter moenia Germisarae.

Si *caesam* ut in marmore retineas, memoriam scilicet, principio *hanc* ponitor. Erat forsan hic Iulius Bassus Legat. propr., quem in epigraphe Albensi ad a. C. 135. Imp. Hadriano legimus, qui hoc monumentum egregium Dianae consecrarit." — Deinde p. 285. „Moenium Germisarae, oppidi Daciae, insignia sunt agro Broosensi vestigia prope laevam Marusii ripam, ubi silvestris explicatur planities, cervis, damis, leporibus referta, Chorographo Transilvaniae teste," et p. 295. „Germisaram inter ea oppida recenset, quae in mediterranea sita sunt." — Nympha, cui monumentum posuit Bassus, Diana appellatur, quia tum fluminibus tum nemoribus circa Germisaram sitis praeerat. — Haec Katancschii supplementa multo magis placent Cuperianis.

630.

Anth. I. 87. Cf. Salmas. ad Trebellii Divum Claudium c. 17. T. II. p. 400.

1. *vadis*] *bais* ms. Salm. In hoc disticho, ait M. Wakker. p. 97., mendum forte subest, quod tamen qua ratione tollendum sit, nunc non video. Ego incorruptum puto. Galatea, quae undis ludere antea sueta erat, nunc, cum natatu sit privata, exornat mensam, in patina venuste saltans. — *vagis* ms. Thuan.

3. *boletar*] prima corripitur, quae in *boleto* longa est.

4. *placet*] *placeat* ms. Salm.

renuo] prima producta. V. Ramshorn. L. Gr. p. 1036. *quod saturat, renuo.* Heins. *rennuo* ms. Thuan.

631.

Anth. I. 88.

2. *mensam*] *mensas* Heins.

hic quoque] *sic quoque* B. Verto: hier auch schwimme ich nackt umher.

3. *differ*] *differs* ms. Salm. Leid.

4. *tendat*] i. e. in te intendat vel convertat oculos. B. Malo cum eodem legere *tentet ieiunus amor* ut in Lucret. IV. 876. *sic expletur ieiuna libido.*

5. *lympha*] *Nympha* B. v. Varro de re rust. I. 1, 6.

632.

Anth. I. 91.

2. *facies*] *facis* ms. Salm.

natum] *talum* B.

633.

Anth. I. 92. *De Polyxena* inscribitur in ms. Salm. Leid.

1. *credita*] *creditur* ms. Salm. Leid.

parem — *parem*] *patrem* — *patrem* ms. Salm. Leid. Parem virginem intellige Deidamiam, de qua epigr. 160.

2. *implevitque etiam*] M. Wakker. p. 144. *implevitque piam* vulgo.

634.

Anth. I. 94.

635.

Anth. I. 93.

2. *funus*] *fundus* ms. Salm. Leid.

636.

Anth. I. 95. *De Dolon Achillis* ms. Salm Leid.

1. *currum*] *currus* ms. Salm. Leid.

2. *perdidit*] Heins. *prodidit* vulgo. *prodedit* ms. Leid.

munera] utroque versu utroque loco aut *praemia* aut *munera* scribendum est.

637.

Anth. I. 96. *De Oresta et Pylade* inscribendum monet D'Orvill.

638.

Anth. I. 97.

639.

Anth. I. 101.

1. *iugulata virgine*] Polyxena, Priami filia.

3. *sors nova*] i. e. sors inaudita, crudelis.

Nymphigenae] Nymphigena is, qui ex Nympha genitus est, νυμφογενής. Sic Achilles dicitur e Peleo et Nympha Thetide genitus, ad cuius tumulum iugulata est Polyxena, quam uxorem ducturus fuerat, nisi a Paride interfectus fuisset. Haec ex Appendice Forcellini s. v. Verto: das grausame Schicksal erfüllt den Wunsch des Achilles erst nach dessen Tode.

4. *pepigit*] *pepigi* ms. Salm. Leid.

640.

Anth. I. 105. Hi versus exemplum exclamationis sunt in carmine de ornamentis verborum Marbodii. Incertum, ex antiquo poeta sumti, an a Marbodio sint ficti. In ms. Turicensi C. 58. itidem inter exempla rhetorica illius carminis legitur.

2. *cineres*] *q̄ nunc* (*tunc* 2m.) *in cineres* (*cinerem* 2m.) Tur. *cinerem* B. V. Bentlei. ad Horat. C. IV. 13, 28.

3. *semine*] *sanguine* Tur.

5. *defectorum*] *defunctorum* Tur.

7. *patriae cladem*] *cladem patriae* Tur.

641.

Anth. I. 107. *De mennone* ms. Salm.

2. *millia tetra*] ab adiectivo *teter* venit, et de Afris nigris Memnonis intelligendum est pro: *producit millia gentis tetrae.*

3. *omine*] *homine* ms. Salm. Leid.

4. *pergit — mori*] pro simplici *moritur;* mox *prodinussense* ms. Salm. Leid.

5. *nunc*] *tunc* ms. Divion.

6. *nigrum — auxilium*] aut acumen in adiectivo latet, aut pro genitivo *nigrorum* accipiendum.

642.

Anth. I. 108.

2. *fata noverca*] ut *fatis auctoribus, armis victoribus* et similia.

4. *exsuviis spolia*] *totius et mundi duceret exuvias* B. *totius et mundi tolleret exuvias* Oudend. *totius et mundi rex subiit spolia* M. Wakker. p. 146. — An *totius et mundi eriperet spolia?*

6. *Aemonia — rota*] i. e. curru Achillis. Ovid. Trist. III. 11, 28. — *Hectorea et virtus tracta erat ante rota* M. Wakker. Barth. Adv. XVI. 1. construit *virtus poterat periisse, ut ante tracta erat.*

9. *operi*] corruptum.

643.

Anth. I. 109. *De Lauconte* ms. Salm. *de Laocoonte* ms. Div. *De Glauco* H. vid. Hygini fab. c. 136.

1. *Glauco*] *lauco* mss. Salm. Div. *quo reddidit aethera Lauco* i. e. Laucon sive Laocoon. D'Orvill. Nil mutandum, si cum H. Glaucum intelligis.

2. *tulit*] i. e. sustulit, necavit.

Archemorum] vid. Hygin. fab. c. 74.

644.

Anth. I. 110. *De eodem* ms. Div.

3. *tamen*] an *quod namque iligni?*

iligni] *ligni* mss. Salm. Leid. *abiegni* B.

4. *hinc tolerasse*] *inde tulisse* B. *hinc violasse* vel *lacerasse* Oudend.

5. *superum iam*] *Superorum numine* Oudend. Sed *iam* ad *quid* spectat. *Quid iam sperare datur?*

645.

Anth. I. 113.

1. *Ateste*] Ateste sive Atheste nomen dedit urbi Atesti, quae in agro Venetorum sita est. Mannert. Ital. T. I. p. 97.

646.

Anth. I. 115.

2. *prima dies*] ex Virg. Aen. X. 508.

647.

Anth. I. 116.

648.

Anth. I. 117.

1. *caeso*] *laeso* D'Orvill.

2. *hospite*] *hospide fregunt* ms. Salm. *hospitae* ms. D'Orvillii. *Hospite* intellige Herculem, qui Diomedis equos domarat.

649.

Anth. I. 118. *De Euriliano* ms. Salm.

1. *Euryalus*] *Eurialanus* ms. Salm.

650.

Anth. I. 119.

651.

Anth. I. 120.

1. *provexit*] i. e. auxit, exornavit.

2. *delevit*] M. Wakker. p. 147. *decepit* vulgo.

652.

Anth. I. 121.

1. *superavit amorum*] intellige *superavit dea amorum*. An *superat dea amorum?*

3. *verticis*] quia Minerva e vertice Iovis creata est.

thalami pignus] i. e. Iunonem.

5. *Dionae*] ms. Div. *Dionen* vulgo.

Extat causa mali, malum cessisse D i o n a e,
c u r r u e r i n t Graia Pergama pulsa manu.
Dat Veneri malum formae pro munere pastor,
cum Iunone m a l u m victa Minerva d e d i t.

Oudend.

6. *ruerent*] *ruerit* ms. Div.

653.

Anth. I. 123.

1. *dira*] *dura* ms. Div.

2. *tangit*] *tangat* ms. Salm.

654.

Anth. I. 125.

3. *sensus*] *vultus* B.

4. *adhuc poenam*] *adhuc sensus* ms. Leid.

et in lapide] ms. Divion. Oudend. i. e. *etiam lapideus Philoctetes sentit poenam.* — *et in lapidem* mss. Salm. Leid. *et inde lapis* vulgo. *et ipse lapis* M. Wakker. p. 149. Iacobs. Spec. Emend. p. 69.

655.

Anth. I. 126. *Totum carmen recentius aevum redolere videtur.* Klotz.

3. *Pallade*] hoc eo referendum, quia Argo in tutela Palladis erat. Add. T. II. p. 709.

6. *hanc*] legendum *hic labor acer* i. e. hoc Argonautarum facinus ad similia facta homines stimulare debet. — *Hic* vel *hac* i. e. in hac tabula. Klotz. in Antib. p. 69.

12. *ternus dux*] i. e. Iuno, Pallas, Fortuna.

656.

Anth. I. 127.

657.

Anth. I. 128.

2. *Iasonis et nati*] interpunxi post *parentis*, vulgo ante *et* interpungitur. *Iasonis* trisyllabum est, quod apud bonos poetas quattuor syllabas habet. Deterioris enim aevi scriptores *Iason*, *iaspis* etc. tribus et duabus syllabis efferebant. Schrader. Emendatt. p. 222.

4. *metat*] *necat* Oudend.

6. *hinc — hinc*] M. Wakker. in Amoen. p. 150. „*furiata* ob paternum scelus, *miserata* ob novercae futurae odium." *hunc — hunc* vulgo.

premit — levat] i. e. hinc furore natos necat, hinc misericordia a noverca liberat.

658.

Anth. I. 129. *De Creone* mss. Div. Leid. „Confunduntur hi duo Creontes, alter Corinthiorum rex, qui Medeam fugavit, alter Thebanorum, qui Polynicen sepeliri vetuit." Piersonus Add. T. II. p. 709.

1. *tibi*] *ibi* mss. Salm. Leid.

2. *negas*] *negat* mss. Salm. Leid.

659.

Anth. I. 130. *De Iocasta et Idipo* ms. Salm. v. Anth. V. 166.

1. *cum venit*] *convenit* mss. Salm. Leid.

2. *Iocasta*] *o casta* mss. Salm. Leid.

660.

Anth. I. 131.

nullo] *duplex et nullus* ms. Salm.

661.

Anth. I. 132.

662.

Anth. I. 133.

663.

Anth. I. 134. *De Penteu et Agaugi* ms. Salm. *adaugi* ms. Leid. *Agavi* mg.

1. *fert*] *fer* ms. Leid. De re v. Add. T. II. p. 709. D'Orvill. in Misc. Obss. Nov. T. V. p. 477. Horat. sat. II. 3, 303.

664.

Anth. I. 137. Hoc epigramma ex duobus argumentis constat. In

quattnor prioribus versibus funestum odium Eteoclis et Polynicis fratrum narratur, quod utrique mortem attulit. Huic opponitur in reliquis versibus amicitia Polynicis et Tydei, qua post longas discordias fidissime sunt usi. Ac Barthius ad Statii Theb. II. 365.: *Tydea iam socium coeptis, iam pectore fido Aequantem curas (tantus post iurgia mentes Vinxit amor) socerumque affatur tristis Adrastum* — scholion affert ex ms. Ovidii, ubi legitur: *Quatuor vel paulo plura verorum amicorum paria fuisse apud maiores leguntur, ut Theseus et Pirithous, Pylades et Orestes, T i d e u s e t P o l y n i c e s, Nisus et Eurialus.*

Sic sensus epigrammatis obscurus non est. Med. Wakker. in Amoen. p. 152. aberravit a vero intellectu. Dicit enim: „turpissime hoc epigramma inquinatum est, ita tamen, ut auctori sua verba facile reddi queant.

N o n post longaevos discordia deserit annos,
aut p e r commissas iunxerunt foedera dextras,
constantis dederunt documenta frequentia m o r i s.

Singula persequi non vacat, nam poetaster hic indoctus ulteriorem moram non meretur, qui inepte etiam Eteoclem et Tydea confundit."

3. *dissidiis indiscissis*] *dissidiis illi saevis* Klotz. in Antib. p. 69. *saepe*] *saevi* B. Add T. II. p. 710., quod probo.

4. *non una*] *mox una* Piersonus Add. T. II. p. 710.

7. *constantis dederunt* etc.] B. *constantis documenta frequenter Amoris dederunt* ms.

665.

Anth. I. 138.

1. *Aërio*] *erio* mss. Salm. Leid. *Pierio* ms. Divion.

2. *nativusque*] *natibusque* mss. Salm. Leid. *natibus usque* ms. Div.

4. *fulgor ab artifici est*] Piersonus Add. T. II. p. 710. *fulget ab arte figis* mss. Salm. Div. *fulget ab arte fides* Cannegieter. *limavit in artus Arboris atque hominis; fulget ab artifice.* Nagelius in Opusculis Harlesii p. 191.

666.

Anth. I. 143.

667.

Anth. I. 144.

668.

Anth. I. 145.

2. *scrutata*] i. e. inspecta, speculata. Ihn überwältigt die Woge, die er mit dem eignen Auge angeschaut. *scrutada* ms. Leid. *vibrata* vel *lustrata* Oudend. *secreta* Iacobs. in Exercitt. crit. p. 87. ut in sequenti epigr. v. 13. *secreti ad fluminis undas.*

669.

Anth. I. 146. Cento Virgilianus.

3. *sacros*] *sacro* ms. Salm. *Laude ferebat* est laudabat.

4. *insignis*] *et insignis* — *vivebat* ms. Salm.

longumque] Virg. Aen. I. 748.

10. *pendet*] *pendit* ms. Salm. Conf. Virg. Aen. X. 503.

11. *oblitusve*] Virg. Aen. III. 629.

13. *secreti*] Virg. Aen. III. 389.

16. *nec, quid*] *ne quid* ms. Salm.

670.

Anth. I. 149.

4. *dirae*] *durae* ms. Huydecoperi.

5. *madefacta est*] Ovid. Met. IV. 126.

6. *atra*] prima correpta. Supra *salŭbri*. — *nunc atra, at dudum* M. Wakker. p. 154.

dabat] *dabit* Klotz. in Antib. p. 70.

671.

Anth. I. 150.

1. *Themisto*] corruptum. Thisbe enim intelligitur.

2. *pallia*] *palla nota fobet* ms. Salm.

672.

Anth. I. 151.

1. *aquator*] Eldick. Add. T. II. p. 719. — *amator* vulgo in utroque loco. Aquandi ministerium Hylae fatale fuit.

2. *ira tumet*] *iratum et* ms. Salm.

673.

Anth. I. 152.

2. *praedurae*] *praeclarae* Oudend. Add. T. II. p. 711.

674.

Anth. I. 153.

2. *Phaedrae*] perflet a *falsa* i. e. mendacia.

675.

Anth. I. 155. Hoc epigramma vulgo cum sequenti coniunctum est, sicuti in ms. Salm. et Div. legitur.

1. *forte*] *ludit de sorte* mss. Div. Salm.

4. *florea rura*] cruor Hyacinthi rura replet, quia novus flos ex eo oritur. — *flore novo arva replet*. Iacobs. Spec. Emend. p. 69.

676.

Anth. I. 155. Vulgo praecedenti annexum est.

1. *dispersit*] Terent. Adelph. V. 2, 7. *An tibi iam mavis cerebrum dispergam hic?*

3. *morte perempti*] corruptum, *morte peremtum* vel *fata peremti* Burmannus primus.

677.

Anth. I. 156. Distinguimus fere duo hyacinthorum genera, unum ex sanguine Hyacinthi, alterum ex cruore Aiacis ortum, quod in hoc epigrammate celebratur.

1. *Ulixis*] *Ulyssis* ms. Div.

2. *servat herile decus*] Heins. *servat erilire decus* ms. Salm. *servat ut ante decus* vulgo.

678.

Anth. I. 157. In picturam Myrrhae patrem fugientis.

5. *in fruticem porrecta*] Andr. Rivinus. *in fruticem proiecta* vulgo. *in fontem proiecta* ms. Barthii in Adv. XVI. 1.

6. *lympha l. fugit*] *sic quoque non certo Myrrha liquore fluit* B. *nec quoque nunc certo Myrrha liquore fluit.* Andr. Rivinus.

679.

Ex Add. T. I. p. 725.

1. *Tirynthius heros*] i. e. Hercules.

680.

Anth. I. 158.

1. *thoris vim proh deserta*] Oudend. *thoris qui profert deserta* mss. Salm. Div. Leid. *thoris quoque vim deserta* D'Orvill. „*Vis* de violenta nece intelligitur, quia Calypso, licet dea, taedium absentis amantis, Ulixis, morte finivisse a quibusdam traditur." B.

2. *infensis*] D'Orvill. *inpensis* vulgo.

681.

Anth. I. 159. Epigramma in statuam pictam Daphnae.

1. *servavit*] ms. Div. *servabit* vulgo.

3. *iunctae ars*] elisione neglecta. i. e. ars sculptoris et pictoris coniuncta. — *mirum iunctis* B. *mirum coniuncta* Klotz. Antib. p. 70.

4. *decorem*] *colorem* ms. Div.

682.

Anth. I. 160.

1. *Deïdamia*] *Deïdamia parem qua coepit nocte mereri,*
perdidit hac dulcem Deïdamia parem.

Ruhnkenius ap. M. Wakker. p. 155.

Deïanira virum qua coepit veste mereri,
perdidit hac dulcem Deïanira virum.

M. Wakker. p. 154.

2. *hac*] H. *ac* vulgo.

683.

Anth. I. 161.

5. *quid valeat*] i. e. quam sit potens.

6. *in vico*] *post regnum invita fauce latravit anus.* Oudend. Add. T. II. p. 711. et ad Appuleium T. I. p. 576.

684.

Anth. I. 162.

1. *Thoantis*] Θoαντίς, ἰδος, adiectivum est, non genitivus substantivi *Thoas*, ut D'Orvill. opinabatur. Similiter Hypsipyle Thoantis dicitur apud Statium Theb. V. 650 et 700.

685.

Anth. I. 163.

1. *condemnat*] *contemnit* M. Wakker. p. 155. *Iura tyranni* sunt leges certaminis ab Oenomao propositae.

2. *fata ligat*] *faeta ligat socer* mss. Salm. Leid. *fata citat soceri* M. Wakker. *fata ligat solers* D'Orvill.

686.

Anth. I. 164. Caphareus sive Caphereus mons et promontorium Euboicum, ubi Achivorum classis a Troia revertens disiecta est. Cf. Servius ad Virg. Aen. XI. 260.

2. *Albula Tuscus*] Albula postea Tiberis dictus est. Virg. Aen. VIII. 331. Mannert. Italia T. I. p. 607. Albula modo pro masculino, modo pro feminino habetur. Schneider Formenl. p. 14.

687.

Anth. I. 166. Poema integrum non est.

3. *pingit*] *pingit quae cror turmenta* ms. Salm.

688.

Anth. I. 167.

1. *sorori*] *sororis* mss. Salm. Leid.

2. *vimque*] i. e. violationem.

vice] ultima producta. v. Ramshorn. L. Gr. p. 1045. — *vimque vicem linguae*. Oudend.

689.

Anth. I. 168.

5. *foetum*] B. Schrader. *victum* vulgo.

6. *furens*] B. ex Virg. Aen. V. 6. *ferens* vulgo.

13. *ipsa et*] M. Wakker. p. 157. Vulgo deest *et*.

14. *haud*] Schrader. Add. T. I. p. 725. *aut* vulgo. Huic loco transpositionis ope levique correctione ita succurrendum putat Med. Wakkerus:

Vulnera signat acu, coit in praecordia sanguis.
Sanguis, ait, sola haec postquam data copia fandi,
pectore in adverso saevi monumenta doloris.
Fertque refertque soror crimenque et facta tyranni.
Haud inpune quidem dementia cepit amantem.

19. *accipe, ait*] B. addidit *ait*.

690.

Anth. I. 114. Octavius Ferrarius inter supposita retulit.

2. *mole sua*] B. Oudend. Add. T. II. p. 709. *more suo* Ferretius in Mus. lapid. p. 117. *morte fera* Boltius. *morte sua* vulgo.

691.

Anth. I. 122.

2. *Hypermnestrae*] int. *nox*. *Hypermnestre* ms. Salm.

692.

Anth. I. 124.

1. *pendente*] *Vectum Pegaseo volucri pendere caballo*
compita senserunt Bellerophonta deûm vel
Vectum Pegaseo volucri pallere caballo
compita senserunt Bellerophonta deûm.

M. Wakker. Amoen. p. 147.; *pendere* est volare, *pallere* autem interire.

693.

Anth. I. 112. Hieronimus Athostinus in suo Chronico Estensi antiquitatem huius epigrammatis in dubium vocat. Cento Ovidianus.

1. *est via*] ex Ovid. Fast. II. 679.

2. *fons ubi*] Ovid. Ars Amat. I. 82.

4. *curvis locis*] *tholis* Schrader. *variis curva theatra locis* Oudend. *parvis curva theatra locis* B., qui locos de sedilibus et ordinibus spectantium intelligit.

5. *Athesis*] fluvius Venetus.

Phrygii - Iani] *Phrygiique palatia Iuli* Schrader. ut ap. Lucan. III. 213.

8. *qua fert*] ex Ovid. Fast. I. 638.

694.

Anth. I. 111. Haec inscriptio Lupati, Petrarchae aequalis, esse fertur.

1. *vox nisa quietem*] *inclitus Antenor patriam monuisse quietem* vel *vovisse*. Oudend. *Inclitus Antenor patriae, vox nisa quietem* Bern. Scardeonius.

695.

Anth. I. 89. Wernsd. Poet. lat. T. III. p. 56 et 347. — *Verba Achillis in parte nona* mss. Salm. Div. Leid.

19. *cum m. tum m.*] *cum m. nunc m.* ms. Salm. *tum mens, nunc membra sequuntur* Klotz. in Antib. p. 68.

22. *pellat, et in gracili*] *pellat, et hinc gracili* Schrader. Add. T. I. p. 723.

31. *ac dubios*] B. *haec dubios* vulgo.

41. *cum novus effusos*] ms. Divion. *cumque novus fusos* vulgo. *cumque novus fessos* vel *versos* Higtius Add. T. II. p. 708. — *cumque novus visos* M. Wakker. p. 140.

43. *caesorum*] B. *cultorum* vulgo.

44. *referat: Cum te*] *regerat; quum te* Schrader. *referat, cur te* Oudend. *referat, quae tu praesaga* vulgo. *referat, quae, quum praesaga* i. e. referat quis, quae mater retulit, quum etc. Wernsd.

47. *maluit*] metro invito. *voluit* vel *caluit* Schrader.

48. *ne te*] Schrader. *nec te* vulgo.

51. *amorem*] Schrader. *amore* vulgo.

55. *comitem esse*] Wernsd. *comes esse* vulgo. *comes isse* B. Add. T. II. p. 708. *Danaos comitasse* Oudend.

57. *Atridae*] *Atridi* vulgo, quod error librariorum est.

66. *ludat*] *tendat* M. Gesnerus in Act. Erud. 1748. p. 127. *ducat* Schrader.

71. *menteque fugaci*] *brevior menteque sagaci* M. Gesnerus.

75. *cluit*] Higtius Add. T. II. p. 708. *fluit* vulgo.

83. *potes*] nil mutandum, si *aetas labans successibus* vocativus est. *Aetas labans successibus* i. e. aetas puerilis, quae ludit, non agit. — *potest* B. Wernsd. *Ferre potes quaecumque. Labas? secessibus aetas Eximit* M. Wakker. p. 142.

84. *exegi*] ms. Salm. Ruhnkenius ap. M. Wakker. Wernsd. *exigua* vulgo.

> *Ferre potes, quaecumque fluens successibus aetas*
> *exigua. Observans matris praecepta verendae*
> *induxi molles habitus. Velut edita virgo*
> *ludimus et doctis modulamur carmina chordis.*

M. Gesnerus.

696.

Anth. II. 3.

1. *Ninus*] Recens videbatur Schradero propter primam productam. Add. T. II. p. 714. Conf. III. 20. *Nini Semiramis, quae tanto coniuge felix*, quod itidem a pessimo poetarum factum est.

primus] Ninus, Beli filius, primus Assyriorum rex.

697.

Anth. II. 17. Wernsd. Poet. lat. T. II. p. 474. Oda Sapphica.

1. *mille post* etc.] puto ab orbe condito. Wernsd.

2. *arma, mundi*] *arma inunctae* Iacobs. Spec. Emend. p. 71. ut *Achivi uncti* ap. Horat.

3. *gravis*] *gravia* Ant. de Rooy Add. T. II. p. 715.

arma] *arva* Iacobs.

5. *non magno*] *de magno* B.

6. *Mediaeque*] prima correpta.

7. *Ecbatanos*] haec urbs alias vel Ecbatana, norum n. vel Ecbatana prima declinatione appellatur. An *Ecbatanisque?*

13. *ministrum*] discipulum.

14. *deinde*] trisyllabum.

25. *udu·*] supplevit Barthius.

31. *vivus — moriens*] nominativi pendent. Id est *dum vivebat, dum moritur.*

698.

Anth. II. 5.

4. *eadem*] *tandem* Iacobs. Spec. Emend. p. 72.

699.

Anth. II. 6. *De Tomyri* B. *De eodem* i. e. Cyro, ms. Huydecoperi.

3. *Spargapise*] ms. Huydecoperi. *Sargapise* vulgo. *Σπαργαπίσης* est ap. Herod. I. 211.

popularier] *populariter* ms. Huydecop.

4. *quam*] i. e. quantum Tomyris irata valet. — *Thamyris* ms. Huydec.

700.

Anth. II. 4.

1. *ne stola*] *te stola* vulgo.

3. *viro*] Nino.

4. *nato*] Ninyas enim filius matri insidiatus est.

701.

Anth. II. 7.

702.

Anth. II. 15.

2. *res brevis*] *cui nimis angusta res fuit ampla nimis* ms. Vossii.

703.

Anth. II. 16. *De morte omnes aequari* mss. Voss. Scalig. inscribunt.

1. *fortunae*] *fortunam* Francius. B.

3. *memorabile*] *positum (miserabile!) corpus* B.

704.

Anth. II. 8.

1. *quas*] *quam* ms. Huydecop.

2. *Hesperа*] Diodor. III. 54. *Μυθολογοῦσι, τὰς Ἀμαζόνας ᾠκηκέναι νῆσον τὴν ἀπὸ τοῦ μὲν πρὸς δυσμὰς ὑπάρχειν αὐτὴν Ἑσπέραν προσαγορευθεῖσαν, κειμένην δὲ ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ.*

Myrinam] reginam Amazonum.

705.

Anth. II. 10.

3. *Hectoris*] v. Dares Phryg. III. 15.

706.

Anth. II. 11. Iterum editum Anth. V. 193.

2. *blandas*] Oudend. *blandas fulgebant flammas* ms. Voss. *blandis* a. m. 2. — *blanda* vulgo.

3. *per colla*] *procella* ms. Voss.

4. *colores*] *dolores* ms. Voss.

5. *omnia rident, q. habet i.*] *omnia rident, quidquid habent iuvenis* ms. Voss. *fuulvus pople erat nitidus pes omnia habebat eridens quid habet iuvenis* mss. Salm. et Voss. alter. *omnia habebat quidquid habet iuvenis* ms. Divion. vulgo, quod languet.

6. *solus*] *cullus vincebat Adone* ms. Voss. *cultu vincebat Adonin* B.

707.

Anth. II. 14. Conf. Iacobsii Anthol. Palatina T. II. p. 850.

5. *τὰ σ' ἀρήϊα*] *ταλαρήϊα* vulgo.

708.

Anth. II. 208. Torremuzza in Inscriptt. Siciliae p. 299. hanc inscriptionem suspectam et recentiorem esse dicit.

1. *Ops*] i. e. Tellus, terra.

709.

Anth. II. 210. Idem epigramma graecum in Anthol. Brunckii T. II. p. 25. legitur.

710.

Anth. II. 19.

2. *prima*] i. e. primum posita, recens condita. B. Add. T. II. p. 715. — *parva* Piersonus.

4. *Tullius*] error inest: Tullius enim Hostilius intelligitur. v. Add. l. l. An *Tullusque?*

711.

Edidit ex ms. Vaticano A. Maius in tomo 3. Classicorum auctorum e Vaticanis codd. editorum p. 359. Romae 1831., et ex ms. Gothano Duebnerus in Iahnii Annall. 1828. p. 312.

1. *Troiae*] *Romae* ms. Goth.

2. *dixit*] ms. Goth. *dictam* ms. Vat.

5. *undas*] ms. Goth. *undam* ms. Vat.

6. *humi*] *humo* ms. Goth.

Acrona] *arcōna* ms. Goth. Conf. elogium Romuli in Inscriptt. Orellii T. II. p. 442.

712.

Anth. II. 21.

1. *necans*] *negans* ms. Salm.

4. *cum obsessis*] *maxima possessis* ms. Voss.

5. *voverat armis*] *voverat maris* ms. Salm. *forve saturis* ms. Voss. *saeva securis* B. Add. T. I. p. 728. inprobante Klotz. Antib. p. 80. — *fortibus armis* vulgo.

713.

Edidit A. Maius et Duebnerus.

1. *quondam*] *condam* ms. Goth.

3. *vicit*] *vidit* ms. Goth.

clausit] *claudit* ms. Goth.

4. *religando*] Fröhlich in Iahnii Annall. 1830. p. 217. — *religato* ms. Vat. *religata* ms. Goth. *religatque* Duebn.

5 et 6. in ms. Goth. solo leguntur.

6. *Veientes*] *Veienses* ms. Goth.

714.

Extat in ms. Gothano, ubi ***Manilius*** inscribitur.

4. *torquis*] *torques* ms.

715.

Edidit A. Maius ac Duebnerus.

2. *dum*] *cum* Duebner.

3. *scaevaque*] *saevaque* ms. Goth.

5. *sacrata*] *sacrato* ms. Vat.

6. *hostilibus*] ms. Goth. *crudelibus* ms. Vat.

716.

Edidit A. Maius et Duebnerus. Inscribitur ***Marcus Curius Dentatus***, sed legendum est *Manius Curius Dentatus*. In ms. Goth. *Cirenius* pro *Curius* est.

5. *licet ingentis*] In *licet* fit longa postrema syllaba propter caesuram. Maius. *licet fugientes* ms. Goth. *licet fugientis* Duebner.

6. *lato*] i. e. oblato.

Samnitum] *Sanito pertulit* ms. Goth.

717.

Edidit Duebnerus.

2. *Quintius*] *Quintus* hic et in inscriptione ms. Goth. *Quinctius* Duebn.

3. *penderet aratro*] pendere aratro ut pendere studio, labore, pro operam dare alicui rei.

718.

Edidit A. Maius ac Duebnerus. *Gaii Fabricii Licinii* ***epitaphium*** ms. Goth.

2. *renuit*] *sprevit* ms. Goth.

3. *sprevit*] in ms. Goth. hic versus quarto loco legitur.

4. *locupletia*] ms. Goth. *locupletis* ms. Vat.

5. *ministrum*] Fröhlich. *magistrum* ms. Vat. nec aliter ms. Goth. *mgrm*, *ingratum* Duebner.

719.

Edidit A. Maius et Duebnerus.

1. *vir fuit*] hic versus initium alius epigrammatis est. Duebn.

torvus] ms. Goth. *totus* ms. Vat.

2. *egregius, belli p.*] *egregius, vir bello clarus* ms. Goth.

5. *is quoque*] ms. Goth. *is qui* ms. Vat.

fregerit] *noverit* ms. Vat.

720.

Edidit A. Maius ac Duebnerus.

1. *Nero Claudius*] Is est C. Claudius Nero, de cuius moribus orationem habuit Cato Censorius. Conf. Fragmenta Oratt. Rom. p. 34.

2. *coniunctus Livio*] Claudius Nero consul fuit cum M. Livio Salinatore a. u. 547. *Livio* bisyllabum est.

arva] *arma* ms. Goth.

4. *metuende*] *metuendo* ms. Goth.

5. *ad tentoria*] ms. Vat. Fröhlich ex Livio lib. XXVII. 51. — *ad tempora* ms. Goth.

fratris] ms. Goth. *regis* ms. Vat.

721.

Edidit A. Maius et Duebnerus.

2. *suis*] ms. Goth. *tuis* ms. Vat.

3. *Syracusii*] *Syracusi* ms. Goth.

raperetur] A. Maius. *negaretur* ms. Vat. et Goth. metro invito. Ita Anth. II. 63, 3. *ne sibi Gallorum raperetur pompa triumphi.* Idque recepi.

4. *in monte*] om. *in* ms. Goth.

722.

Anth. II. 41. idemque edidit Ang. Maius, variasque lectiones dedit Duebnerus.

1. *qui Marte*] *qui morte* ms. Goth. *qui ex Marte* ms. Vat. vulgo. Sed iam Oudend. *ex* delevit Add. T. II. p. 716.

2. *feris ex*] om. *ex* ms. Goth.

3. *Spanas*] Oudendorpium sum secutus. *Spana pix* pro Hispana legitur ap. Scribonium Larg. Compos. 256. Aliorum exempla collegit Rhodius in lex. Scriboniano. Bernhardy ad Eustathii comm. p. 885. — *Hispanas Hannonisque acies magnumque Syphacem* ms. Vat. *Hyspanicis anonisque acies m. S.* ms. Goth. *Hispanas Hannonisque artes m. S.* vulgo. *Hispanas, Hannonem acrem m. S.* Burm.

4. *perdomui et*] om. *et* Goth.

5. *victorque ferox*] ms. Vat. *H. bellisque ferox* Goth. *H. atque etiam fera mihi regna s.* vulgo.

6. *altae*] ms. Vat. *durae* vulgo. *dirae* H. Conf. Anth. II. 220. *Natus in excelsis tectis Carthaginis altae.*

723.

Anth. II. 40. Morcellus in Opp. Epigr. T. I. p. 452. dicit: Titulum hunc Gruterus reiecit, et suppositis adnumeravit: iure quidem, si hoc tantum contendebat, aevo Scipionis non esse scriptum, at iniuria fortasse, si quidem recentiorum poetarum commentum esse putavit.

1. *ruentem*] *furentem* Piersonus Add. T. II. p. 716.

4. *olim*] interpunctionem correxit Piersonus, quae vulgo absurdissima erat.

Chartaginis] sic lapis teste Manutio in Orthogr. p. 143. Morcellus. *Carthaginis* vulgo.

6. *Hanno et Iberus*] Oliverius, Morcellus. *Hannon, Hiberus* vulgo.

coniunctique] Oliverius, Morcellus. *invictique* vulgo. Hanno, Hiberi, Syphax foedere coniuncti erant adversus Romanos.

724.

Anth. II. 46. Maiansius in epist. 1. volumini secundo Anthologiae praemissa pag. IX. epigramma fictum dicit.

1. *devicto*] *de voto Hannibale, capta Carthagine, de aucto Imperio hos cineres marmore tectos habes.* ms. Cyriaci Add. T. I. p. 728.

2. *hoc*] *hos* Maiansius.

habes] *habet* in Miscell. Obss. V. I. T. I. p. 14.

3. *Europa*] ms. Moroni, Cyriaci, Maiansius. V. Santen. ad Terentianum p. 309. Anth. I. 73, 8. *Urania. Europe* vulgo.

4. *quam*] *tam* ms. Cyriaci.

premit] ms. Moroni, Cyriaci, Maiansius. *premat* Gruter. *tenet* Cannegieter. *tegat* vulgo.

725.

Ex Orellii Inscriptt. T. I. p. 150. Disticha antiquissima, in monumentis Scipionum detecta. *Hic Scipio videtur fuisse filius Cn. Scipionis Hispali consulis a.* 578. Orelli.

1. *mieis*] i. e. miis vel meis, et monosyllabon pronuntiatur.

726.

Anth. II. 23.

5. *tu quoque*] v. Ruhnk. ad Velleium II. 1. p. 74.

727.

Edidit A. Maius et Duebnerus.

1. *genus*] ius imaginum hoc verbo significatur. Marius enim homo novus fuerat.

4. *pompa*] *turba* ms. Goth.

5. *civilibus*] ms. Goth. *servilibus* ms. Vat.

6. *me Sullani — furoris*] *et mea Sullanos fregerunt arma furores* ms. Goth.

728.

Anth. II. 22.

729.

Edidit A. Maius ac Duebnerus. *M. Cesius Scaeva* ms. Goth. *Gaius Scaeva* ms. Vat. Freinshemius in Supplem. Livii l. 103, 70. *P. Scaevam* appellat.

4. *Caesarei — valli*] *cesari* ms. Goth. Scaevae facinus, quod in defendendo Durachii castello praestitit, narratur a Caesare de b. civ. III. 53.

5. *praeclari*] *praedari* ms. Vat. Scaevae virtus, quae in praelio navali adversus Britannos patebat, celebratur a Valerio Maximo III. 2, 23.

730.

Edidit A. Maius ac Duebnerus. — *Quintus Gaius Pompeius* ms. Goth.

2. *Cilicas*] mss. Vat. Goth. metro invito. *Cilices* Duebner.

3. *vis*] *vix* ms. Goth.

commoverat] *promoverat* ms. Vat. *exul* Sertorius.

4. *bellorum*] *Gallorum* ms. Goth.

731.

Anth. II. 25. *In magnos duces* vulgo inscribitur. *In Pompeium* Scaliger. v. B. ad II. 16.

732.

Anth. II. 26. Conf. Lucanus VI. 805—818.

1. *pignora*] *pignera* ms. Voss.

2. *quanta*] *tanta* mss. Voss. Scalig.

733.

Anth. II. 27.

2. *tua*] i. e. tuum ac tuorum funera. *sua* H.

734.

Anth. II. 28.

1. *lustraverat*] *sibi straverat* H.

2. *victor*] *victus* H.

735.

Anth. II. 29. auctori obversatus est Martialis V. 75.

2. *adopertus*] *adapertus* ms. Voss.

3. *divisa*] *diversa* Piersonus Add. T. II. p. 715.

4. *tanta*] *tota* Pithoeus in adnot.
solo] *loco* Francius.

736.

Anth. II. 30.

2. *ruit*] *fuit* Klotz. in Antib. p. 81.

737.

Anth. II. 31.

738.

Anth. II. 32. *De tumulis Magnorum* mss. Voss. Scalig.

1. *Ibero*] *Hibero* ms. Voss.

3. *ita*] om. ms. Voss.

4. *victus*] an *victor?* ut in epigr. 734.

739.

Anth. II. 33.

1. *diverso*] *diversos* ms. Voss.

2. *sine nominibus*] i. e. sine titulis, ohne Grabmähler und Inschriften.

3. *Europaque*] *Europa Asiaque* ms. Voss.

4. *sic*] ms. Voss. *nunc* vulgo.

740.

Anth. II. 34.

1. *Diversis*] Oudend. Add. T. II. p. 715. ut II. 33. *Diverso terrarum littore Magnos spectas compositos.* — *diversi* ms. Voss. *diversos* vulgo.

2. *iaces*] *iacens* mss. Scal. Voss.

3. *distribuit*] *distribuis* H.

4. *suo*] *tuo* ms. Voss.

741.

Anth. II. 55. *De sacris evocatis animas Magnorum* mss. Voss. Scalig. *De sacris ad evocandum manes Pompeii* vulgo.

1. *praenoscere*] ms. Voss. *pernoscere* vulgo.

2. *religione Sapor*] ms. H. Scaliger, Scriverius, Valesius ad Ammianum Marc. XVIII. 4. *Dum apud Sirmium haec diligentia quaeruntur impensa, Orientis fortuna periculorum terribiles tubas inflabat. Rex enim Persidis ferarum gentium, quas placarat, adiumentis accinctus, augendique regni cupiditate supra homines flagrans, arma viresque parabat et commeatus, consilia tartareis manibus miscens et praestigiatores omnes consulens de futuris.* Quae ad Saporem nostrum humanasque eius sacrificia pertinere arbitror. Sapor enim Persarum rex appellabatur. — *impius infanda religionis aper* vulgo. *infandae religionis Aper* ms. Scalig. *apes* ms. Voss. Humana sacrificia tum non amplius apud Romanos in usu fuere.

3. *pectoris ingenui*] i. e. pectoris humani.

salientia v. flammis] *sapientia v. flammas* ms. Voss. *sapientia* ms. Scal. *spirantia viscera* B. (non *spirantia exta* v. Add. T. II. p. 716.).

5. *ab Elysiis*] *ab e Libycis* mss. Scal. Voss.

8. *terris*] *terra* Francius.

742.

Anth. II. 36. *De insepultis claris* ms. Scalig. *de Pompeiis* mgo.

3. *Magnus*] i. e. Pompeius Magnus. *magnus et hoc homine maior Cato qui procul a te* mss. Voss. Scalig.

humano maior] v. Ovid. Fast. II. 503.

quam] Heins. *qui* vulgo.

4. *adspicis — tuos*] ms. Voss. Scalig. — *adspicit, heu, cineres, Roma, iacere suos.* vulgo.

743.

Anth. II. 232. ex Quintiliani institutt. VIII. 3, 29. Fragmentum est maioris epigrammatis, opinor, Virgilii.

744.

Anth. II. 48. *Mors Catonis* ms. Voss.

1. *invictum*] B. Oudend. *invictus* vulgo. Klotz. in Antib. p. 83., qui nominativum pro vocativo positum accipit.

745.

Anth. II. 49.

2. *victa*] *vita* ms. Voss.

3. *qua*] *quo* Heins.

5. *involvitque*] *moram, voluitque* Heins. recte.

6. *scires ut ferro*] *sciremus ferro* ms. Voss.

746.

Anth. II. 50 et 51: utrumque enim coniunxi. Vulgo a quinto versu novum epigramma incipit.

1. *violare*] *violasse* ms. Voss. Scal.

2. *reliquit*] *refugit* B.

5. *quid dubitas*] *me dubitas* ms. Voss. Scal. *ne dubites* Heins. *Dextera ne dubita (durum est) iugulasse Catonem.* Scalig.

iugulasse] ms. Voss. Scal. *iugulare* vulgo.

6. *modo*] om. ms. Voss.

8. *nedum*] *nondum ipsum dicit dum* ms. Voss.

747.

Anth. II. 52. ediditque A. Maius.

1. *ora*] ms. Vat. *ossa* vulgo. Inscriptio fit imagini.

4. *avitae*] *amatae* ms. Vat.

6. *pectora*] *viscera* ms. Vat. ut II. 63. *intulit invitus per civica viscera ferrum.*

748.

Anth. II. 53.

1. *ne mirere*] *ne miserere* ms. Scal. a 1m.

deformia busta] i. e. tenuia, tanto viro indigna B. Add. T. II. p. 717.

749.

Anth. II. 9.

2. *Assyrium*] *Assyrios* vulgo. *Ascanios* Oudend.

3. *iuvenem*] iuvenis ferox Macetarum est Alexander.

750.

Anth. II. 63. Edidit A. Maius variasque dedit Duebnerus lectiones.

2. *signa*] ms. Vat. i. e. legiones. — *gigna* ms. Goth., *signa* a m2. *tela* vulgo.

4. *invitus*] ms. Goth. *invictus* ms. Vat. *immitis* vulgo.

5. *classe*] *caede* ms. Vat.

751.

Edidit A. Maius.

752.

Edidit A. Maius.

5. *natosque*] i. e. Pompeium vici generum eiusdemque filios.

753.

Edidit A. Maius.

4. *fortis in armis*] Maius. *fastus in armis* ms. Vat. An *fortibus armis?* ut apud Ovid. Met. I. 456.

6. *quam mihi*] Maius. *quam sibi* ms. Vat. Plus mihi uni quam omnibus dii dederunt.

dederant] legendum *dederunt* media correpta, ut in Horatii epist. I. 4, 7. *Di tibi divitias dederunt artemque fruendi.* v. Ramshorn. L. G. p. 1064.

7. *Germanos*] ut in praeced. epigr. *Germanos domui Caesar Gallosque potentes.*

10. *paricida*] prima brevi, quasi sit pro *patricida.* Cf. Laurentii Lydi de magistrat. I. 26.

restinguere] *restringere* ms. Vat.

754.

Anth. II. 64.

2. *armisque*] *animisque* B.

3. *iamque*] Gerh. Vossius. *namque* vulgo.

4. *ingens orbis*] ut II. 153. *Caesar, tantus eras, quantus et orbis.* — *quantum ingens genitor, qu.* B. *quantum ingens Orci, qu.* etc. Oudend. *quantum ingens Martis, qu.* etc. Iacobs. Spec. Emendd. p. 72.

5. *terras pontumque*] H. *fui mare trans pontumque* vulgo. *trans* corruptum est ex *terras; mare* glossema vocis *pontum.*

755.

Edidit A. Maius atque Duebnerus.

1. *dabit*] *dedit* ms. Goth.

expromere] *depromere* ms. Goth.

2. *Musa tuas*] ms. Vat. Fröhlich. Musa, quae mihi sancta (est), dabit grandes tuas laudes expromere.

6. *limina*] *lumina* ms. Goth.

756.

Edidit A. Maius.

1. *aquila*] v. Sueton. Octav. 96.

2. *victusque*] intell. *est.*

4. *ac*] *at* legendum.

757.

Anth. II. 67.

758.

Anth. II. 72. Inter carmina Michaelis Marulli legitur: quod iniuria fieri existimat B.

2. *ignotis*] v. Sueton. Calig. 3. *Sicubi clarorum virorum sepulchra cognosceret, inferias manibus dabat.*

3. *tumuli*] *tituli* in Marullo.

4. *admoneat*] i. e. tumulus eum admoneat vel in mentem eius revocet. *at moveat* in Marullo. Casaubonus. Cannegieter.

patria] Tiberius significatur, qui Germanici adoptivus erat pater. *patrua* Graevius. Idem intelligitur Tiberius, qui patruus quoque erat Germanici. *patriae* Pithoeus.

5. *at plenus*] Heins. *at plenus honorum* in Marullo. *et plenus* vulgo.

759.

Edidit A. Maius.

760.

Anth. II. 82. ex Suetonii Caligula c. 8.

761.

Anth. II. 83.

Petrarcha in lib. I. de Remed. utriusq. Fort. p. 315. hos versus Claudio Druso Neroni, Augusti privigno, tribuit et ex arcu marmoreo triumphali, Romae Druso exstructo, superesse testatur. Conf. Lips. ad Tac. Ann. II. 8. Cum vero Drusus ante triumphum obiret, Burmannus hos versus arcui triumphali Germanici, Drusi filii, inscriptos censet, de cuius inscriptionibus honorificis Tacitus Ann. II. 83. scripsit.

1. *ad divortia*] post Petrarcham multa passus est lapis, ut ex seriore apographo apud Gruterum p. 236, 5. apparet: *ad divortia Rheni pervasi hostiles depopulator agr.. dum tibi bella foris aeternaque sudo tropea Hister.....*

3. *sudo*] *tendo* Cannegieter. Add. T. II. p. 717.

4. *lenior ibat*] *l. iret* Grut. *lentior ibat* B.

762.

Anth. II. 84. In ms. Voss. et Scalig. omnia haec epigrammata II. 84—91. perpetua serie leguntur, eisque titulus praefigitur *Laus Caesaris.*

3. *respicit*] *prospicit* Delrius.

4. *qui finis*] Veteres olim credidere, finem esse mundi Britanniam. Sic Klotz. in Antib. p. 88. Verum de Oceano haec verba intelligere malo. *erat*] *erit* Cannegiet. Lipsius ad Taciti Ann. XIV. 31. inprobante Walchio ad Taciti Agric. c. 13. p. 211. — *qui finis mundi est, hic erit imperii.* B.

763.

Anth. II. 85.

1. *iamiam spectata*] *quamquam spectata* Cannegieterus prob. Walchio l. l. qui adnotat: *Auf Caligulas Triumph über Deutschland und Britannien, wozu die Schiffe, womit Caligula den Ocean befahren, nach Rom gebracht wurden* (Suet. 47.), *deutet das Epigramm, welches Cannegieter so richtig verbessert, als falsch erklärt hat: denn spectata triumpho geht auf Abbildungen Britanniens, welche vermuthlich unter anderm Triumphgepränge mit zur Schau getragen wurden. Die gleiche Sitte kommt vor Tac. Ann. II. 41.*

2. *iacet in titulos*] i. e. servit titulis tuis vel honori tuo ae gloriae. *patet in titulos* Cannegieter. *venit in t.* Klotz. *facit in titulos* Gesnerus.

5. *recluserat Arctos*] *secluserat* Cannegiet. *Arcti* pro septentrione ponuntur vel pro populis septentrionalibus, ut a Claudiano De VI. Cons. Honorii 336:

Dacica bellipotens cum fregerat Ulpius arma,
atque indignantes in iura redegerat *Arctos*,
cum fasces cinxere Hypanin, mirataque leges
Romanum stupuit Maeotia terra tribunal.

Arctus mss. Voss. Scal.

764.

Anth. II. 86.

1. *regem externum*] Tollius. Cannegieter. *legem externam* Heins. *regem. Aeternum* vulgo; nec aliter Bentleius ad Hor. C. I. 35, 30.

4. *tibi*] *sibi* Heins.

765.

Anth. II. 87.

1. *cingebat*] *tingebat* Oudend. Add. T. II. p. 717.

2. *erat*] *erit* mss. Voss. Scal.

3. *Dive*] *dibe* ms. Voss. Iulium Caesarem invocat, qui diis accensetur.

tuum] *tuo* — *coelo* Heins. i. e. unde generis originem ducebat Caesar, nempe ex Venere.

766.

Anth. II. 88.

1. *Mars*] Mars pater et Quirinus duplici nomine invocatur.

2. *positus*] *positi* Wakef. ad Lucret. IV. 347. „Illud ferri potest, sed nostra lectio longe facilior est."

Caesar uterque] i. e. Romulus et Iulius Caesar.

5. *adaperto*] *adoperto* Pithoeus.

6. *et iam*] *en iam* H. Sensus est: Oceanus nunc Romanus est, quia intra fines imperii Romani est. Similiter epigr. 768: *Adluitur nostra victa Britannis aqua.* — *nec iam Romani cingimur Oceano.* Wakef.

767.

Anth. II. 89.

768.

Anth. II. 90.

1. *coelo*] *mundo* Schrader.

769.

Anth. II. 91.

2. *cunctaque*] mss. Voss. Scal. *undique* H. *cinctaque* vulgo.

3. *vallaverat*] *velaverat* mss. Voss. Scal. *vallaverit* Wakef. ad Lucret. II. 538. „ne temporum concinnitas disturbetur."

7. *devicta*] *defícta* mss. Voss. Scal. *defixa* H.

Germanice Caesar] Gronov. ad Senec. Octav. 43. Tollius. Cannegiet. B. — *Germania, Caesar* Scalig.

9. *confundat p. ut pervia tellus*] mss. Voss. Scalig. cuius mg. *con-*

fundit. confundit populos inpervia Tellus vulgo. Pro *Tellus* dat H. *Tethys* vel *Thule*, quorum prius probo.

10. *orbis et Urbis*] B. *orbis et orbis* vulgo.

770.

Anth. II. 93.

3. *Titum*] prima longa, quae alias brevis est; unde recens esse epigramma putat B. ac Schraderus Add. T. II. p. 717.

771.

Edidit A. Maius ac Duebnerus.

2. *mundi quondam*] *notus erat viduae condam* ms. Goth. *natus erat viduae quondam* Duebner. Quamvis multos Traianus referret triumphos, nihilominus pietate et clementia erga omnes, qui auxilio eius egebant, celeber erat. Attamen *gementis* corruptum videtur.

4. *Arabas*] ultima longa, ut supra. *Arabes* Duebner.

5. *et — pepulit*] *et* om. ms. Goth.

6. *Albanis*] Albani intra Caucasum montem et mare Caspicum siti sunt, ac probe distinguendi ab Alanis, qui Traiani temporibus easdem fere regiones invasere. V. Mannert. Geogr. T. IV. p. 422. Bernhardy ad Dionys. Perieg. v. 305. Casaubonus ad Ael. Spartiani Hadrian. c. 21.

772.

De carminibus ludicris scripsit Zellius in Ferienschrift. T. II. p. 148. et Bernstein Halis 1810. Recepi ex Velleio II. 67. Versus trochaicus tetram. catal.

consules] L. Munatius Plancus, M. Aemilius Lepidus u. c. 712. In proscriptione triumvirorum, quae a. 711. acciderat, Lepidus Paulum fratrem proscripsit ac Plancus Plancum Plotium fratrem. Quo respiciens populus *de germanis* eos triumphare cantabat. Conf. Vellei. l. l. cum nota Ruhnk.

773.

Anth. II. 129. ex Gellio XV. 4. In eumdem Ventidium Bassum est illud Virgilii *Sabinus ille, quem videtis hospites* etc.

2. *inusitatum*] *invisitatum* Broukhusius.

5. *consul*] P. Ventidius Bassus extremo anno 711. consul fit.

774.

Anth. II. 62. ex Sueton. Caes. 20.

1. *Non Bibulo*] *consule non Bibulo quidquam sed Caesare factum est.* vulgo.

consule non Bibulo quidquam, sed Caesare factum est:
nil memini fieri consule nam Bibulo.

Burm.

2. *consule*] a. u. 695.

775.

Anth. II. 57. ex Suet. Caes. c. 49. Versus trochaici tetrametri catal., nec aliter in ceteris, quae sequuntur, epigrammatis usque ad 779.

2. *Caesar nunc*] *nunc Caesar* vulgo.

776.

Anth. II. 59. ex Suet. Caes. 51. „Ernesti, qui duos versus non simul cantatos, sed aliis interpositis autumat, (eumque secutus est Bernstein l. l. p. 11 sqq.), neglexit, Suetonium *de disticho* loqui.“ Baumgarten-Crusius.

2. *aurum*] *auro in Gallia stuprum emisti: hic sumsisti mutuam.* vulgo.

effutuisti] per synizesin quadrisyllabum est. Santen. ad Terent. M. p. 182.

at hic] *at* ex ms. Medic. 3. inseruit Oudend. Recte, nisi potius hi versus in duas partes singuli dividendi sunt:

Urbani, servate uxores:
moechum calvum adducimus!
Aurum in Gallia effutuisti:
hic sumsisti mutuum.

Caesar in Gallia cum meretricibus aurum effudit, quod antea Romae mutuum sumserat.

777.

Anth. II. 60. ex Suet. Caes. c. 60.

1. *ducit*] *duxit, inde in curiam* vulgo.

2. *deposuerunt*] quadrisyllabum per synizesin.

sumserunt] media brevi, cuius rei exempla dedit Naek. Allgem. Schulzeitg. 1831. II. I. p. 67.

778.

Anth. II. 61. ex Suet. Caes. 60.

1. *quiu*] per synizesin monosyllabum; itidem in versu sequenti. *qui* Heins.

primus] *primo* vulgo.

779.

Anth. II. 127. ex Scholiasta Iuvenalis in Sat. V. 3.

1. *aliud*] In *aliud, aliud, populus, voluerat, habeat, nihil, aliquis* prima pedis pars ex duabus brevibus constat.

scriptum] Weichert. in Poet. lat. Rel. p. 228. explicat: Sarmentus habet aliud scriptum, n. quaestorium, ac populus voluerat, ut qui mallet esse eum στιγματίαν propter fugam. — Sarmentus scriba erat quaestorius. Zellius (in Ferienschriften T. II. p. 165.) „Sarmentus, inquit, war eine bekannte lustige Person zur Zeit des Kaisers Augustus und bey diesem selbst als Lustigmacher und Possenreisser wohl gelitten.

Es ist diess derselbe Sarmentus, der mit Horatius im Gefolge des Maecenas war auf jener Reise nach Brundisium, welche dieser Dichter in einer seiner Satyren beschreibt, wo er zugleich eine Probe von Sarmentus scurrilem Talent mittheilt. Dieser Mensch, ein ehemaliger Sclave, hatte es bis zu einem quaestorischen Schreiber gebracht, und wahrscheinlich ein ansehnliches Vermögen zusammengescharrt, so dass er sich als ein römischer Ritter gerirte, und sogar im Theater auf den für diesen Stand bestimmten Sitzen Platz nahm. Das reizte den Unwillen und Spott des Volkes: man machte auf ihn folgende Verse, die eine Anspielung auf sein, wie es scheint, nicht sehr gewissenhaft geführtes Schreiberamt enthalten:

Etwas anders schreibt Sarmentus,
etwas anders will das Volk.
Jedem nach Verdienst das Seine:
darum Fesseln für Sarment.
Auf ihr Bursche! seid nicht müssig,
packet den Sarmentus an." —

2. *digna dignis*] *digna digni.* Salmasius ad Hist. A. Scr. T. II. p. 431.

780.

Anth. II. 126. e Scholiasta Horatii ad Sat. II. 2, 49. Iambici Scazontes.

1. *iste conditor*] *Ciconiarum Rufus iste en conditor.*
Ipse est duobus etc.
Suffragiorum puncta non tulit. Septis
Ciconiarum populus ultus est necem.

Septis enim, inquit, ad suffragia ferenda populus conveniebat. Oudend. T. II. p. 723.

2. *hic*] Scholiasta. *ipse* vulgo. *quippe est* vel *ipse et* H.

Plancis] L. Munatius Plancus et Plancus Plotius fratres. Cf. Add. T. I. p. 734. Ruhnk. ad Vellei. II. 67. p. 283 et 296.

3. *septem*] in praetura petenda ne septem quidem suffragia tulit.

4. *mortem*] nescio quomodo Oudendorpius *necem* coniiciat, quod primam brevem habet, cum versus sit scazon.

781.

Anth. II. 70. ex Suet. Octav. 70.

1. *istorum*] „*mensam istorum* intelligas de istis, qui coenae secretiori interesse solebant, s. de convivis ipsis, *chorogum* autem ipsum Augustum, mensae tamquam choro praefectum, chori moderatorem, eumque *conductum* a reliquis, μεμισθωμένον, in quo maxima inest contumelia." Baumgarten-Cr. Gesnerus in Thes. v. *choragus* explicat: *Cum pro coena ludos quosdam scenicos egerunt, ad quos chorago opus esset.* — *Cum mimum histrorum conduxit mensa choragi* H. Graevius. *Quum Bromio ictorum conspexit mensa choragum* Bernstein l. l. p. 51. Ego *mensa* corruptum esse duco.

2. *Mallia*] „*Malliam* non feminam intelligo, sed domum, in qua iste coetus habebatur." Baumg. *Manlia* vulgo.

3. *Phoebi-mendacia ludit*] i. e. Augustus Phoebum mentitur, simulat.' — *mendacia ridet* vulgo.

4. *coenat*] i. e. Augustus cum couvivis habitu deorum nova adulteria in coena facit: er tischt neue Buhlereyen der Götter auf.

6. *toros*] i. e. pulvinaria. *thronos* vulgo.

782.

Anth. II. 66. ex Suet. Octav. 70.

783.

Recepi ex Suet. Calig. 6. Cantus popularis ex trochaico tetram. catal. compositus. Conf. Zell. Ferienschr. T. II. p. 200.

784.

Anth. II. 75. ex Sueton. Tiber. 59.

1. *asper et*] *asper es, inmitis:* Heins.

2. *mater*] Livia, quacum inimicitias exercebat.

785.

Anth. II. 74. ex Suet. Tiber. 59.

1. *millia centum*] „i. e. ne quarta quidem pars census equestris, ut non opus sit emendare cum Lipsio: *quater et non sunt tibi millia centum.*" Baumg.

2. *et Rhodos*] i. e. et, si omnia quaeras, Rhodos exilium est. Nec censum equestrem habes, et, si ultra quaeris, ne civis quidem es; Rhodi exul agis; und, wenn du alles wissen willst, so ist Rhodus dein Exil. *nomina si quaeras, en Rhodos* Heins. *omina si quaeras, en Rhodus* Cannegieter. Add. T. II. p. 717.

786.

Anth. II. 76. ex Sueton. Tiber. 59.

1. *Saturni*] intelligit Augusti imperium.

787.

Anth. II. 77. ex Suet. Tib. 59.

1. *fastidit*] Plin. H. N. XIV. 22.

788.

Anth. II. 73. ex Suet. Tiber. 59.

1. *Adspice*] Ut Sulla redux ac Marius redux atque Antonius redux multo manus suas sanguine civium temerarunt, sic Tiberium quoque, ex exilio redeuntem, caedem magnam facturum esse praedicit poeta.

3. *soror, me i. f. sepulcro*] Muratori. *me soror i. f. sepulcro* vulgo. *desine, cara soror, me iam deflere sepultum.* B. *desine, soror, me inlatum iam flere sepulcro.* Hagenbuch ap. Orellium T. I. p. 548. vel potius *Desine me, soror, inlatum iam flere sepulcro.*

4. *etenim*] Schrader. ep. crit. pag. LVI. *et enim* Ficoronius. *etiam* vulgo. — mox *ora* in lapide.

1180.

Anth. IV. 29.

1181.

Anth. IV. 30. Scaliger. existimavit hoc epigramma esse veteris poetae comici, Afranii aut Titinnii, quo pater aliquis familias in comoedia suos alloqueretur.

1. *hoc sumtu*] haec desunt in lapide. *absolvi sumtu* Bonada.

3. *rogant*] *rogitant* B. *optant* Scaliger.

4. *nam quid*] *namque quid* Scalig. Bonada. recte: aliter enim versus non constat.

5. *quam ubi lucem*] *quam, libertatis ubi tu lucem acceperis.* Scaliger.

6. *lapsum*] Pithoeus, nec aliter vulgo. *lassae* Gruter. p. 637, 5. *lassum senectae spiritum* Scalig. *fessae senectae* Bonada.

7. *argumentum*] vulgo ex Scalig. emendat. *signum* Gruter.

1182.

Anth. IV. 31. Christianum monumentum esse videtur. Muratori T. II. p. 712.

1. *hic*] *hoc* B.

2. *Lyciae*] *Latiae* Schraderus ep. crit. p. LVII.

5. *vestrae*] *vestri* Muratori.

1183.

Anth. IV. 32.

1. *praetor*] Borm. ad T. II. p. 92. et in Add. T. II. p. 681. (ubi *praeter* errore impressum est). *pre . . .* vulgo.

2. *praetextatus*] i. e. seit wenigen Tagen mit dem Richteramte bekleidet.

3. *partesque*] D'Orville. *matremque* vulgo.

1184.

Anth. IV. 33. In Orellii Inscriptt. n. 4827.

P. Aelii Ulpii II. et Exdec.] i. e. P. Aelii Ulpii duumviri et exdecurionis. Katancsichios in Geograph. Vet. Istri Adcolarum T. II. p. 368 et 233. Vulgo deest *II. et Exdec.*

4. *sepulcri*] *sepulcro* Muratori, Katancsichius.

1185.

Anth. IV. 34. In Orellii Inscriptt. n. 1777.

1. *sede Iucunda Pothusque*] Maffeius. Id probavit Schraderus ep. crit. pag. LVII., qui Iucundam Pothumque nomina propria esse monuit. Aliter enim versus non constat. *sede iucunda Potiusque* vulgo.

2. *Fatis-tribus*] v. Orellii Inscriptt. n. 1777. qui Procopii locum Goth. I. 25. affert: *τὰ τρία φάτα, οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς μοίρας νενομίκασι καλεῖν.*

4. *cineres*] Offendor hac synonymorum coniunctione *cineres* et *cana favilla.*

1186.

Anth. IV. 36.

3. *Zelotos*] Graece *Ζηλωτός*. *Zilotos* vulgo. Illud dat Muratori T. III. p. 1769.

6. *nomine*] *nomini* Fabrett. p. 88.

me rapuit] Fabrett. et Muratorius. *mima fuit* vulgo.

1187.

Anth. IV. 37.

1. *Zoticus*] *Zoicus* Muratori T. III. p. 1769.

reliqui] Muratori. *reliquit* vulgo, ut Ioannes De Vita quoque in Inscriptt. Beneventanis p. LX. legit.

1188.

Anth. IV. 39. Orellii Inscriptt. n. 4479.

1. *cinis hic*] Maffeus dicit: multa hic insueta occurrunt ut cineris distinctio ab ossibus et separatio. Ideo Schraderus emendat: *Ossa relata domum cinere hic adoperta quiescunt.* Ep. crit. p. LVII.

2. *posuit*] supplevit B. In lapide deest.

1189.

Anth. IV. 40.

1. *Merulator*] nomen proprium. *merulator* vulgo.

ipso qui] Schraderus Ep. crit. p. LVIII. *Publius ipse, quod* vulgo.

3. *nomen-aevom*] corruptum.

Roma mihi patria est, mansurum nomen in aevum.
Hos tumulo versus fraterque sororque dicarunt. B.

1190.

Anth. IV. 42. Aquae Tarbellicae in Aquitania sitae sunt.

1. *Urbis-Aquensis*] i. e. urbis, cui nomen Aquae.

1191.

Anth. IV. 43. In epistola Maiansii p. XLV. Versus trochaici.

1. *quisque*] B. *quique* vulgo.

2. *parvom*] B. *parvo* vulgo.

3. *orta mox sensim*] *munus est mox exorta est sensim* Maiansius.

1192.

Anth. IV. 45. Hendecasyllabi. Novitatem redolere dicit Schraderus Ep. crit. p. LVIII.

2. *Mettus Fuffetius*] Burm. *Metius Suffetius* vulgo. *Metius Fuffetius* Schraderus. *mortuis suffetuis* Muratori T. III. p. 1810.

6. *quod*] Muratori. *qui* vulgo.

nihil satis] Muratori. *n. prorsus* vulgo contra metrum.

1193.

Anth. IV. 46. Recens esse ex Itineribus Keysleri p. 418. patet.

1194.

Anth. IV. 47. Liberius Patricius praefectus erat Galliarum sub Theodorico et Alarico, ut Scriverius adnotavit.

2. *tumuli*] *tumulo* Bonada.

4. *dedere*] scil. mater et pater.

Liberii soboles patri matrique sepulcrum
Triste ministerium mente dedere pia.

Bonada, qui a sequenti versu novum epigramma incipit.

6. *fama*] *vita* Bonada.

10. *pretium maius*] Muratori T. I. 436. Bonada. *pretio maius* vulgo.

11. *Ausoniis*] *Ausoniae* Bonada.

14. *ter denis annis*] Bonada. *ter denos . . tris* Muratori. *ter denis lustris* vulgo. *ter senis lustris* Scriverius.

1195.

Anth. IV. 48.

3. *nunc etenim* etc.] *nunc et cum vivis, nunc et felicibus aevum* ms. Perotti. *nunc etenim vivis nunc et fidelibus aevum* Muratori T. IV. p. 1934. *nunc etenim vivis, nunc in felicibus aevum* Wakefield. ad Lucret. I. 56.

5. *locatus*] *vocatus* Muratori.

6. *pascis*] *poscis* Wakefield.

1196.

Anth. IV. 49.

1. *Syntrophus hic situs est*] hoc primum hemistichium est. Vulgo legitur:

D. Man. P. Caulius Syntrophus hic
Situs est. Vix. Ann. L.
— sine crimine vitae etc.

Illud *Ann. L.* extra versum positum est.

2. *vivitis*] bisyllabum.

3. *natura fueras*] B. *natur . . fueras* vulgo. *natus fueras a* Muratori T. III. p. 1654.

1197.

Anth. IV. 50. Orellii Inscriptt. n. 4831.

1198.

Anth. IV. 51. Recens esse, ex Keysleri Itinerariis p. 531. apparet.

1199.

Anth. IV. 52. Orellii Inscriptt. n. 4845. Muratori T. II. p. 1198. ubi inscribitur *Paulinae Valeriae filiolae dulcissimae parentes moestissimi.*

2. *vita*] *vota* Bonada.

1200.

Anth. IV. 53. apud Orellium n. 4853. Ioannes De Vita in Inscripti. Beneventanis pag. LIV. Inscriptionem ex Muratorio T. II. pag. 1219. recepi.

Tarquiniae] Ioannes De Vita. Muratori. *Tarquiliae* vulgo.

1. *nam*] Muratori. Ioannes De Vita. *haec* vulgo.

2. *mens* etc.] Muratori. Schrader. Ep. crit. p. 58. *membraque erant vere corpore digna suo.* vulgo.

1201.

Anth. IV. 54.

3. *numerosque*] Pithoeus. *numeroque* vulgo. Alloquitur Arriam et Laodamiam, ut anima Oppiae numeros coelestium augeant.

4. *Arria*] Caecinae Paeti viri consularis coniux. Tacit. Ann. XVI. 34. *Laodamia*] uxor Protesilai.

5. *servat*] *pensat* B. Add. T. II. p. 682.

1202.

Anth. IV. 55. Cf. Seivert Inscriptt. Monum. Rom. in Dacia pag. 156. — Burm. secundum versum addidit: *Cui multum dilecta fui:* quod non hemistichium est, sed partem inscriptionis sepulcralis efficit, quae tota sic legi debet: *Cui multum dilecta fui ego Marcellina. Pro meritis, cernis, quae mihi solus coniux, Aelius, quoque post obitum memor amoris dicat.*

1203.

Anth. IV. 56. Ex pentametris invita Minerva proeusis constat carmen.

5. *terra habet hic*] Gruter. p. 757. *terra hic habet* vulgo.

6. *coelum, terra*] B. *terra coelum* vulgo. In *aqua* ultimam producit arsis.

9. *amoque ego* etc.] corruptum. *amore aequo nec casta cessi Penelopae.* Heinsius, quod pentametrum non efficit. An

Atque ego nec castae cessi Penelopae:
Alcesti comitem aemula mors rapuit?

10. *comes*] primum hemistichium corruptum.

15. *Sosia cum Sosio*] *cum socio socia* B. *socia cum socio* Heins.

16. *ipsaque*] Fabricius. *ipsa* vulgo.

1204.

Anth. IV. 57.

1. *brevis hora*] Fabricius Mon. ant. p. 129. i. e. properandum est: brevis enim est hora. — *Siste gradum, fugiat quamvis brevis hora, v.* Ferretius. *Siste gradum, properet quamvis brevis hora* vulgo.

3. *Tarsis*] *Tarsis, idis* adiective eam regionem significat, cuius Tarsus, Cilicum urbs, est caput. *Tharsis* vulgo.

4. *Hesperiae*] Italiae. Ferretius.

6. *corporis instituit*] *corpore constituit* Bonada.

1205.

Anth. IV. 60. iterum edidit Burmannus IV. 376.

1. *inmerito*] B. primum edidit: *Possidet* i*n m e r i t o loeus hic cito corpus i n i q u u m*; infra vero: *Possidet i n m e r i t u m loeus hic cito corpus i n i q u u s*, et coniecit *Possidet Emeritae* etc.

3. *omne, (nefandum!)*] sic scripsi. B. primum ediderat: *reddidit una nefandis*; deinde: *reddidit omne nefandis.*

4. *quae nullis*] recepi, quod secundo loco ediderat B.; prior enim lectio haec erat: *ad superos inimicaque nomine vixit.*

1206.

Anth. IV. 61.

5. *quantos*] i. e. quot. v. Wakef. ad Lucret. V. 46.

10. *fingere*] femina, cui titulus positus est, mima esse videtur, quae multorum hominum vultum vario oris habitu imitari potuerat.

1207.

Anth. IV. 62. In Bonada adiunctum est ep. 106. *Si fructus proprio surgit* etc.

4. *Cypria*] dum vixi, Venus mihi invidebat: nunc in statua marmorea redivivae parum abest, quin rursus invideat.

1208.

Anth. IV. 63. Candida mortua est temporibus Mauritii Augusti circa a. p. C. 715. Subscriptionem adieci ex Fabretto p. 734.

2. *ipsa*] *inde* Bonada.

3. *affectus-dimittere*] Bonada. i. e. liberos suos tuto relinquere. *affectus-demittere* vulgo.

8. *ex fructu*] *ex vultu* B.

10. *vota secunda*] *vota secuta* Bonada.

11. *numquam te*] *te numquam flere quiescit.* Bonada.

1209.

Anth. IV. 64.

1. *siti*] ultima brevi.

4. *docta sonare mele*] intelligitur monodiaria. B. Add. T. II. pag. 682. *melos* Bonada.

5. *octo*] sc. octo annos vixit Titius Philippus puer, proles cito rapta, et Aelia Saturnina, fratri tenero carior una soror, obiit uno insuper anno. Quod ambigue dictum est; Saturnina enim aut primo vitae uno aut nono obiisse videtur.

8. *cantus*] *saltus* Gruter. p. 654.

1210.

Anth. IV. 66. Carmen rude.

1. *Laberi*] *Laberii* Schrader. Ep. crit. p. LVIII.

5. *haec*] legendum *hae.*

6. *in spica*] inde ab hoc versu versus hexametros agnosco.

7. *germen*] Schrader. *gramen* vulgo.

9. *varium*] *vatum* Bonada.

15. *quod*] *quod fueram, non sum: sed rursus ero, quod modo non sum.* Muratori T. II. p. 771.

1211.

Anth. IV. 67.

5. *umor*] vulgo dicitur *humor.*

6. *defluat*] *profluat* Bonada.

1212.

Anth. IV. 68. In Anthologia Burmanni hoc epigramma superiori coniunctum est, sed error in Add. T. II. pag. 683. ab editore corrigitur.

1. *Rust., car. con.*] *quid lac. opus est, carissime Rusticelli.* Burm. Bonada adnotavit: „Si dicas *carissime Rusticelli*, sculptorem emendabis. Sed non cogitabat, secundam syllabam nominis *Rusticelli* natura corripi." Haec retulit Schraderus in Ep. crit. p. LVIII.

3. *nec*] *neu* Bonada.

4. *ut quae volui*] *v . . quot volui* Boissardus. *vixi quod volui: tempore tempus habet.* B. recte.

5. *annos-annus*] Bonada. i. e. ultimo anno aliquid defuit, quominus viginti annos impleverit. — *annos-annum* vulgo. *aetas-annos* B.

1213.

Anth. IV. 69. Hoc epitaphium non adeo vetustum esse arbitror.

4. *proh-ah*] *mox-ah* Burm. *post spreta ah! turpis* Wakefield. ad Lucret. III. 1059.

6. *diem*] Burm. et Wakefield. *deum* vulgo.

1214.

Anth. IV. 70.

1. *his*] Schraderus Epist. crit. p. LIV. *hic* vulgo.

Aelia] contra regulam media est longa, ut Schraderus ibidem adnotavit.

2. *tum*] sic scripsi; *cum* vulgo.

3. *mutasti*] ultima brevi.

1215.

Anth. IV. 71. Versus trimetri.

1. *in adolescentula*] Schrader. Ep. crit. p. LIX. *o quantu pietas fuit hac adolescentia* vulgo. *o quanta pietas fuerat in huc adolescentula.* Muratori T. III. p. 1658.

3. *amica, eventum*] hiatus negligitur. His duobus posterioribus versibus adolescentula amicam dolentem solatur.

1216.

Anth. IV. 73. Cum per se hoc distichon intelligi nequeat, maioris epitaphii fragmentum esse iudico.

2. *reddita*] *perdita* Schraderus Ep. crit. p. LIX.

1217.

Anth. IV, 75.

1218.

Anth. IV. 78.

1. *forma pudoris*] i. e. exemplum, das Ideal. Vid. Schraderum Ep. crit. p. LIX.

4. *viventem deo*] i. e. den zu beweinen, der in Gott lebt. Christiana est inscriptio.

1219.

Anth. IV. 79.

2. *Thallusa*] *Thalusia* Heins. inprobante Schradero Ep. crit. pag. LX.

3. *lucibus*] *lusibus* B. Au *Quae vix vicenos conplerat nubilis annos?* plane, ut in epitaphio alio apud Orellium n. 4841.

Nonum post decimum conpleras nubilis annum,
Vibia, crudeli funere rapta viro.

6. *lumina cara*] *flumina ruru* Heins.

8. *animam*] Gruter. p. 950. *animum* vulgo. *fata eadem dederant*, Bonada.

1220.

Anth. IV. 80. Muratori T. III. p. 1331, 10.

1. *aspecto-tumulo*] *expecta puulum, tumulo subsiste* D'Orville. *Qui spectas, puulum tumulo subsiste.* B. Add. T. II. p. 683.

3. *sapiens, proba*] D'Orville. *sequens prob.* vulgo. Illud *fida marito* supplevit B.

4. *viximus-quatuor*] haec inscriptionem efficiunt, non partem epigrammatis.

6. *sperabam*] D'Orvill. *narrabam* vulgo. Illud *quietem* et *amnis aqua* idem supplet.

1221.

Anth. IV. 81.

4. *deserit ista virum*] *deserit illa virum* In Collect. Pisaurensii T. IV. p. 472.

1222.

Anth. IV. 82. ex Maiansii epist. p. 45.

6. *mater* etc.] *mater fleverit*, *indicio est* Burm.

7. *nam postq.*] versus uno pede claudicat. *nam postquam et caram monumento hoc cond.* Burm. Add. T. II. p. 683. An *Nam postquam tumulo et monumento hoc condecoravit?*

1223.

Anth. IV. 86. Orell. Inscriptt. n. 4838.

1. *ardente*] i. e. ardentem. Supra *iuvenile figuram* pro *iuvenilem*.

1224.

Anth. IV. 87.

1225.

Anth. IV. 88.

3. *superstes*] *superstans* Burm.

4. *patrumque* etc.] *patremque Arvernum hospitium* (vel *hospitio*) *civem se adscisse superbit*. Crusius.

9. *humili*] *humilem* Crusius.

1226.

Anth. IV. 89. Apud Gruterum alia inscriptio legitur p. 910:

T. Flavio T. L. Antiocho Patrono
Eros et Viola liberti.
Quod quisque vestrum mortuo optarit mihi,
Id illi eveniat semper vivo et mortuo.

Ideo nostro loco tota inscriptio aut mutanda, aut primus senarius sic corrigendus est:

Quod quisque vestrum mortuae optarit mihi,

quod Schradero placuit p. cr. Ep. LXI. idque recepi. Vulgo enim legitur:

Quod quisque vestrum optaverit mihi.

1227.

Anth. IV. 90.

2. *infelicis*] Schrad. Ep. crit. p. LXI. ex Muratorio T. III. p. 1638. *infelix* vulgo. In *Atilia* prima semper corripitur.

15. *vix*] Schrad. *bis* vulgo.

17. *et p. ad letum*] Muratori. *sed p. ad letum* Burm. *et p. ad lectum* vulgo. Mox *sit* Muratori.

22. *vovit*] Schrad. *voluit* vulgo. *Pro vita voluit* Bonada. Burm.

25. *audire*] Schrader. ex Muratorio. *audite* vulgo. [Corr. context.]

1228.

Anth. IV. 93.

2. *titulo*] *tumulo* B.

1229.

Anth. IV. 94.

5. *dum semel occidimus*] *cum semel occideris* Schrader. Ep. crit. pag. LXII.

1230.

Anth. IV. 96.

1231.

Anth. IV. 97.

2. *marmoreisque*] *marmoreusque* Burm. dissuadente Schradero Ep. crit. p. LXII.

5. *nec senior*] Ms. Moroni. *non senior* vulgo.

6. *at fati-sorte*] Heins. *at fato-sorte* ms. Perotti. *ac fato-sorte* vulgo.

1232.

Anth. IV. 98.

3. *incolumis potuisset*] Fabrettus. *incolumi potuisset* vulgo. *incolumi potuissem* Heins.

5. *invisa est*] corruptum. An *infesta est?* Schraderus Ep. crit. p. LXII. corrigit *Fortuna invidit.* Sed potius legendum: *Fortuna invida est* relicto hiatu.

spes et] *spes est* Fabretti. *spes et frustrata parentem* B.

6. *cuncta*] Fabretti. *dura* vulgo.

1233.

Anth. IV. 100. *Duo Iuvan. Lupi et Apri* inscribunt mss. Cyriaci et Moroni. *Naufragorum iuvenum duorum* vulgo.

1. *una Iuvavonis*] Schrader. Ep. crit. p. LXIV. *una Iuvaniae* ms. Cyriaci et Moroni. Muratori T. IV. pag. 1905. *una iuventutis* vulgo. *Iuvavo*, *Iuvavia*, *Iuvania*, *Iuvanum* nomina sunt urbis Salzburg. Conf. Mannert. Germanien p. 685. — *una iuveniles* Bonada.

hos] ms. Moroni. Muratori. *haec* vulgo.

2. *libertatis opus*] non liquet.

1234.

Anth. IV. 101.

2. *tulit*] i. e. abstulit.

4. *conpetiere*] *composuere* Burm.

1235.

Anth. IV. 102. ap. Orellium n. 3359.

4. *tam inpubem*] Schrad. Ep. crit. p. LXIV. *nam inp.* vulgo.
6. *hebet*] Bonada. *habet* vulgo.
natum florem l. c. torquet] Bonada. *Mater habet natum, Florum lux candida torquet.* vulgo sine sensu.

1236.

Anth. IV. 103.
8. *tumulo*] *tumulis* Fabrettus p. 184.

1237.

Anth. IV. 104. *Iulii Saturni* Fabricius.

1238.

Anth. IV. 105.
2. *fati*] *fato* Bonada.
3. *et annis*] *ab annis* vel *inanis Spes fuit in puero* B.

1239.

Anth. IV. 106.
1. *subdit*] *surgit de germine, tellus* Bonada.
4. *germina*] Schradaeus et Schraderus Epist. crit. pag. LVIII. *gramina* vulgo.

nequitiae] *Si fructus proprio* s u b d a t *de germine tellus,*
si r e f e r a t *sparsis debita seminibus;*
nascentur tumulo formae nova messis, honores,
et lepor et suavis g e r m e n a m i c i t i a e.

Wakef. ad Lucret. I. 8.

1240.

Anth. IV. 107.

1241.

Anth. IV. 108.
2. *Caper, et*] *et Caper* Schrader. ap. Burm., sed in Epist. crit. p. LXIV. amplius deliberandum censet. *mater et* Burm. *Caper et facili* Gruter. p. 905. omisso *ex. Longaeva et facili* Bonada.
5. *N . . durae*] *Nam durae mortis s. l. m.*
parce, monent etc. B. *Nec durae* Bonada.

1242.

Anth. IV. 109.
2. *invalidosque*] corruptum.
3. *Chrysologus*] *Grisologus* Fabrettus p. 362.
usque] Heins. Bonada. *utque* vulgo.

1243.

Anth. IV. 110. Iambici senarii.

4. *speciem obtinentem*] *specie obtinentem* Muratori T. II. p. 1070.

5. *Phocaeensium*] Schrader. Ep. crit. p. LXIV. *Phocaensium* vulgo. *Phocensium* Muratori. Incolae Phocaeae vocantur Phocaeenses, non autem Phocaenses. Praeterea in *Phocaeensium* syllaba secunda ante vocalem corripitur, cuius rei mentionem fecit Schraderus ibidem p. LIV.

in patrio] Schrader. ex Muratorio. *patrio in* vulgo.

7. *tenebit*] *tenebat* Schrader. *tenebet* ms. Moroni.

Isidis nati] i. e. Ori nomen habebit. In indice B. vitiosa est inscriptio, ex praecedentis epigrammatis scriptione nata. *sidisnati* Muratori.

1244.

Anth. IV. 115.

1. *aetas*] *pars* Muratori T. III. p. 1736. *iacet pars magna* Bonada.

4. *desertae*] *desectae sobolis miserabile* Muratori. Bonada. recte.

1245.

Anth. IV. 116.

2. *tumulo et*] Schrader. Ep. crit. pag. LXV. ex Muratorio. om. *et* vulgo.

4. *bis mihi* etc.] corruptum.

1246.

Anth. IV. 117.

2. *laudatae*] *insontes* Maffeius.

3. *sedes-ducite*] intelligendum ex sequenti *per*. Conf. epigr. 189, 11. Ducite per sedes vestras pro: *ad sedes vestras*. Huschk. ad Tibullum I. 3, 58. p. 96.

7. *super annos*] *super annis* Muratori T. III. p. 1705.

12. *Hecubâ flevit*] ceteri interpretes *Hecuba* nominativum esse statuunt, cuius extrema syllaba debili positione atque caesura concurrente producatur. Sic Santenius ad Terentianum p. 309. Iacobs. ad Anthol. Gr. T. XI. p. 113. Ramshorn, L. Gr. p. 1068. Huschk. ad Tibullum I. 7, 61. Ego ablativum esse duco. Hecuba enim infelicior erat, in extrema senectute moriens, quam Penthesilea, quae iuvenili aetate obiit. So hat Penthesilea weniger als Hekuba geweint. Haec vero sententia quam maxime praecedenti versui apta est.

1247.

Anth. IV. 118.

2. *ture potita*] correxit Katancschius in Geographia vetere Istri adcolarum T. II. p. 127. miseros ture i. e. Lares, quibus numquam vel

raro sacrificatur. — *tum . . tita* Muratorius T. II. p. 1234. *sorte potita* B. *tum . . sortita* vulgo.

1248.

Anth. IV. 119.

4. *geminasse*] *geminare* Bonads.

6. *Taenarias*] Schraderus Ep. crit. p. LXV. corrigit *Tartareas*, quia boni poetae *Taenarius* pro *Tartario* et *Taenara* pro *Tartaris* non ponant. In Taenaro, promontorio Laconico, descensum ad inferos esse narrant poetae, unde Taenarius cum multis substantivis iungitur, cum sententia in orco versatur: sed delectum in iis habere debemus, nec ea sociare, quae a propria vi Taenari prorsus abhorrent.

10. *non tulit apta*] quia eius nomen militaris imperii praefecturam sapere videbatur. Burm.

Consule Dioscoro] a. p. Chr. 442.

1249.

Anth. IV. 120. Hendecasyllabi.

1. *Evodiae Cyparae*] hac subscriptione utitur Morcellius Op. Epigraph. T. II. p. 225. Reinesius legit *Clodiae*.

1250.

Anth. IV. 121.

8. *alio pleno, quod*] corruptum.

9. *nomine*] *Nomen Acilianus, quo nomine nunc soror orba*
Vivat etc. Schrader. Ep. crit. p. LXVI.

1251.

Anth. IV. 123.

8. *Domitium*] prima longa. Eum errorem reprehendit Schrader. p. LIV.

10. *ista potens habui*] Gruter. i. e. jene Vorzüge habe ich in meiner Gewalt gehabt; istis virtutibus praeditus fui. — *iste potens habui* vulgo. *habuit* Fleetwood.

1252.

Anth. IV. 124. apud Orellium bis legitur n. 2621 et 4829. Osanni Sylloge Inscript. fasc. IX. p. 489.

2. *nunc*] Burm. addidit ex simili inscriptione, quae ap. Murat. T. III. p. 1551. vel in Inscriptt. Veliternis a Cardinale editis p. 122. legitur:

Desine iamfrustra mater mea, desine fletu
te miseram totos exagitare dies.
namque dolor talis non nunc tibi contigit uni:
haec eadem et magnis regibus acciderunt.

Longinus histrio erat Macci personam agens, isque ideo adscriptus Esquilinae tribui, quod ea aliquando histrionibus data erat. Osannus.

1253.

Anth. IV. 126. apud Orellium n. 2486. et Morcelli Op. Epigraph. T. I. p. 439.

Iucundus] i. e. *Iucundus, Liviae, Drusi Caesaris* uxoris, servus, *filius Gryphi et Vitalis.*

3. *saga*] i. e. venefica. Morcelli.

1254.

Anth. IV. 127.

1. *iustis*] *iustus* Gruter. p. 1052.

1255.

Anth. IV. 128.

4. *Crocale*] Schrader. Ep. crit. pag. LXVI. ex Muratorio, in quo legitur *hic Crocale.* — *Corale* vulgo.

6. *formosas-trahunt*] Burm. *formosas-ferunt* vulgo. *formosae-trahunt* Muratori.

1256.

Anth. IV. 129.

6. *Rufinilla*] in hoc hemistichio pentametri contra morem spondeus pro dactylo legitur, cuius licentiae multa in Anthologia iam habuimus exempla, ut A. IV. 56. Aliud vitium in mensura huius nominis deprehendisse putabat Schraderus Ep. crit. p. LIV., at iniuria; versus enim sic metiendus est: *Rufi|nus prior| et|| Rufi|nilla de|hinc.*

1257.

Anth. IV. 130.

1. *subiecta nec ante*] i. e. cum primum peperit, im ersten Wochenbett. Vulgo male interpungitur post *subiecta. Nata brevi spatio, partu subrepta necato*, B.

2. *Rhanis*] *Rhanos* vulgo.

5. *praesens hic*] Burm. *praentis* vulgo.

1258.

Anth. IV. 131.

1. *sepultae*] Burm. idque confirmat ms. Goth. Duebneri in Iahnii Ann. VIII. 3. 1828. p. 309. *sepulcro* vulgo.

2. *acta*] Burm. *arcta* vulgo. Illud ms. Gothano Duebneri firmatur.

4. *heu! cuius*] *haec, cuius* Schrader. Ep. crit. p. LXVI.

7. *Theodote*] penultima longa. Hunc errorem deprehendit Schrader.

Ep. crit. pag. LIV. Fleetwood dedit *Theodorae*, quo vitium tollitur. In ms. Gothano Duebneri legitur: *Est Theodata nomen huic, q.*

1259.

Anth. IV. 132. apud Orellium n. 4839.

1. *fueris*] *fuerim* Schrader. Ep. crit. p. LXVI.

necessest] ap. Orellium. i. e. *necesse est*, quod vulgo legitur. [Corr. context.]

1260.

Anth. IV. 133.

3. *doctissima cumque Essem*] Bonada. *doctissima cum . . Essem* vulgo.

1261.

Anth. IV. 134. *An carmen sit antiquum, dubito.* Schraderus Ep. crit. p. LXVI.

1262.

Anth. IV. 135. Recens esse suspicor.

1263.

Anth. IV. 136. Muratori T. I. p. 423. Inscriptio Christiana.

3. *in quam*] B. *in qua* vulgo.

6. *hinc dolor*] supplevit Schrader. Ep. crit. p. LXVI. vulgo lacuna. — *quanta* supplevit B.

1264.

Anth. IV. 138.

1. *nostra*] cum hoc tum cetera supplementa excogitavit B.

2. *morte*] *more* Bardilius, ut IV. 35, 5. *solito de more.*

1265.

Anth. IV. 139.

1. *Hoc, Anuline, mei*] Bonada. Burm. *Hoc Annullinae mei* vulgo.

2. *vix*] *vixi denos tantummodo menses.* B.

3. *divina-itura*] *damnatas-abitura* B.

5. *nomine inane*] an *nomen inane?*

1266.

Anth. IV. 140.

1. *mors*] Schrader. Ep. crit. p. LXVI. *sors* vulgo.

2. *fausta*] Schrader. *Fausta* vulgo.

8. *tui*] genitivus est; simplicius erat dicere: *solatia lacrimarum mearum sensus tuos non iuvant.*

quos nocuere] mendosum. An *quoi nocuere?*

11. *matris*] *nomen dulce* *patri*, *solumque A. p.* Schrader. Ep. crit. p. LXVII.

13. *gelido*] Schrader. *calidum* vulgo.

Vernante calidum decoxit frigore flores
et gemma in fructu m. i. tulit.

Gruter. p. 1177.

1267.

Anth. IV. 141. Inscriptio Christiana.

2. *sacra - aula*] i. e. coelum.

1268.

Ap. Orellium n. 2876.

5. *nobis pueris*] metro reclamante.

12. *in*] construe: *doctus*, *compendia tot literarum et nominum in currenti stilo notare*.

16. *supererat*] i. e. superabat me.

21. *sciturus domini*] metrum eodem modo, quo v. 5. violatum.

1269.

Edidit Duebnerus ex codice Gothano in Annal. Iahnii 1828. T. III. F. III. p. 314. Alterum epigramma, quod eodem loco adtulit Duebnerus, in Martiali iam legitur.

2. *praefert*] an *praeferat?*

8. *Xandram*] *Xandra* ms. Goth.

1270.

Apud Orellium n. 1782. Iambici senarii. Idem fere distichon supra n. 1215. legitur.

1271.

Epitaphium cuiusdam virginis edidit Duebnerus in Iahnii Annal. 1828. T. III. F. III. p. 315.

1272.

Ex Marinii Actis Fratrum Arvalium T. I. p. 123. et Osanni Sylloge Inscr. fasc. IX. p. 459.

3. *Noveli*] Marinius. *novel* in apographo Osanni, qui vel *novellis* vel *novellum* supplere coniecit; ego *novellis* praefero.

4. *orbe rotae*] *orbe rota* Marinius et Osanni apographum.

6. *fecit, et inferiis*] ita scripsi. *fecit inferis* Marinius. *fecit, inferiis* correxit Osannus.

1273.

Ex Ioannis De Vita Thesauro Antiquitatt. Beneventarum p. LIV. in capite Inscriptt. Supplementa adiecit Ioannes De Vita.

1274.

Anth. IV. 142—146. Apud Gruterum p. 607. Wernsdorf. Poet. T. II. p. 269. Osanni Sylloge Inscriptt. fasc. IX. p. 490. Hoc epitaphium Tiberii Caesaris aetate (non *Titi*, ut Ritter in Elementis grammaticae latinae p. 80. dixit) conscriptum esse, docet inscriptio. — Sed Vulpius ad Catullum 94, 5. p. 473. a docto quodam viro saeculi XVI. factum censebat, et ante hunc Vavassor de vi et usu Q. V. pag. 154. idem statuit, vana quidem ratione commotus. Atimetus Anterotianus, libertus Pamphili, Tiberii Caesaris Augusti liberti, sibi et Claudiae Homonoeae hoc epitaphium fecit.

3. *claris*] *cunctis* ms. Cyriaci.

5. *Paphie*] Ob hunc versum, in quo *Paphie* pro Venere dicitur, totum carmen ab antiquis non profectum esse dixerat Vavassor: quem satis refellit Schraderus in Observatt. p. 13. et in epist. Crit. p. 67. — *Paphia et Charites* in Boissardo legitur.

7. *aetas mea viderat*] *aetas compleverat* in Boissardo.

14. *pensarem*] ms. Henninianus apud Boissardum. *pensarem pro te, o Homonoea, libens.* Bonada. *pensassem* vulgo.

16. *te matura*] *te immatura* ms. Voss. B.

21. *experiare*] *experiere* ap. Boissardum.

22. *quodque mihi*] mss. Moroni, Cyriaci, Bonada. Orellius in Eclogis p. 264. adnotat *quodque i. e. quam partem iuventae mors immatura mihi eripuit.* — vulgo legitur *quodque meae.*

24. *dignissima vita*] *vita* ablativus est. *dignissima vitae* in inscriptt. Antiq. Ioann. Taccimi p. 78. Bondam. Var. Lectt. p. 43.

25. *perfruerere*] *perfruere ipse bonis* ms. Gothanus Duebneri. *perfruerare* Gruter. Bonada. Hunc versum corruptum esse putat Osannus.

26. *Ἡ πολὺ* etc.] edidi ex Anthologia Iacobsii T. II. p. 823.

29. *λειπομένη δάκρυα*] *δάκρυα λειπομένη* Iacobs.

1275.

Anth. IV. 146. In uno lapide duo epitaphia diversa diverso tempore insculpta esse, affirmat Fleetwood. Vulgo inscribitur *Gracilis maritus Probinae coniugi*, quod altero epigrammati convenit. Secundum vero epigramma corruptissimum.

10. *Ne quidquam*] *ne quiquam* Gruter. pag. 1058. *nil quidquam* vulgo.

habens] Gruter. *habes* vulgo.

11. *Probina*] prima longa, quem observavit errorem Schrader. ep. crit. p. 54.

iacet] *iacit Gracelis cito rapta marito Diebus paucis vix commodata suo.* Gruter.

12. *diebus*] versus corruptus.

13. *acerbam*] *acerba* vel *acerbis* legendum.

18. *adfectum*] filium.

19. *nil te*] *nil te damna movent communis funere lecti* B. *nil te damna nocent communis funere lethi* Ulitius Add. T. II. p. 686.

1276.

Anth. IV. 147. apud Orellium n. 4848. Iambici senarii.

2. *haud*] *hau* Gruterus p. 769. *heu* Bonada.

1277.

Anth. IV. 148.

1. *test*] Gruter. p. 799. i. e. te est. *te 'st* vulgo.

3. *probatast*] Gruter. i. e. probata est. *probata 'st* vulgo.

5. *quae dulcis mores*] i. e. dulces mores. *Lesbia sum, dulcis mores quae sola reliqui* Fabricius, numero rotundiore.

8. *cum suo*] *cum suave homine Spurio* Gruter. *cum unanime Spurio* Barth. Adv. 21, 5., ita ut Spurius sit filius. *dulcis nomine cum Spurio.* Fabricius.

9. *haec*] *hoc* Bonada.

1278.

Anth. IV. 149. ap. Orellium n. 4851.

2. *aeterna*] Fabrettus p. 80. *aeternum* vulgo. *aeterna Sabis amata domu* Bonada.

3. *annos*] Schrad. ep. crit. p. 67. ex Fabretto. *horas* vulgo.

5. *hunc titulum*] ms. Moroni. Fabrett. Gudius. Muratori p. 1292. hoc versu enumerantur ea, quae sunt *ultima dona.* B. omisit hunc versum, secutus Pithoeum. *hunc tumulum* etc. Bonada.

1279.

Anth. IV. 150. ap. Orellium n. 2442.

4. *exegi*] *quos vita exegit dulciter ipsa mea* ms. Beyellius.
canosque per annos,
queis vitae exegi dulce iter ipse mea. Barth.

1280.

Anth. IV. 151.

1. *hunc tibi*] *hunc ego nunc titulum tibi statuo, car. c.* Bonada.

3. *extremum*] *postremum* Bonada.

6. *tumulo*] *titulo* Bonada.

1281.

Anth. IV. 152. Osanni Sylloge Inscript. fasc. IX. p. 457. Vulgo inscribitur *Memmia M. L. Anna.* Epitaphium pulcherrimum.

1. *rosast*] apographum Osanni. i. e. rosa est. *rosa* vulgo sine *st* sive *est.*

2. *certo*] Muratori T. III. p. 1295. Bonada. Millin Magasin Encyclopédique Année 1810. T. II. pag. 146. *certe* vulgo.

3. *formosa videri*] *formosa Anna videri* Muratorius.

6. *prosequor*] *prosequar* Bonada.

1282.

Anth. IV. 153.

1. *longa fueras*] Fabrettus p. 188. *fueras longa* vulgo.

3. *ardenti*] mss. Moroni et Perotti. Fabretti. *aetheriae* vulgo.

5. *miserumque absumit*] mss. Moroni, Perotti. Fabretti. *miserum, me absumit* vulgo.

9. *imago est*] abest *est* a Fabretto.

1283.

Anth. IV. 154.

5. *munus, versus donamus*] ms. Gothanus Duebneri. B. *versus munus donamus* Gruter. p. 843. *munus, versus donavit* ms. Barthii Adv. LII. 1. — *versus munus donatus* vulgo.

6. *et gratam cessit* etc.] mss. Moroni et Cyriaci. *et doctam cessit docta Thalia lyram.* Laur. Abstemius. ms. Barthii. *et gratam caepsit docta Pedana chelyn.* Gruter. vulgo. *et gratam sculpsit docta Pedana chelyn.* ms. Gothanus. Bonada.

7. *me nunc*] *nunc me* ms. Goth. Hoc distichon deest apud Barthium.

1284.

Anth. IV. 155.

1. *Hermes*] *Herines* Muratori T. III. p. 1351.

2. *Nice, praeissemque*] *Nice: optassemque, utinam tua fata superstes* vulgo. *nunc ego praeissemque utinam tua fata superstes* Muratori.

4. *rapta iaces* etc.] Muratori. *ropta iaces, annis iam viduata tuis.* vulgo versu pentametro.

5. *lac tibi* etc.] Muratori. *Iam tibi Cybeles sint et rosa grata Diones* vulgo.

6. *serta*] *sertis* Muratori.

7. *meritae*] Muratori. *meritis* vulgo.

8. *annua, et hic*] *annuaque, et manes placida tibi morte qu.* Muratori.

9. *Marathonia*] B. *Marathonis* vulgo. Luscinia Marathonia celeberrima fuisse videtur; alibi Attica aëdon laudatur, ut A. IV. 172, 20.

1285.

Anth. IV. 156.

1. *vixi*] B. *vixit* vulgo.

3. *nomine Maturae*] Gudius. *uomina Maturae* vulgo. *nomina matura* Bonada.

7. *ima*] hunc v. ex Grutero p. 766. recepi, quem B. omisit. Matura XLII. anno obiit, postquam XXVIII. annos in coniugio fuerat.

1286.

Anth. IV. 157. ap. Orellium n. 4831.

1. *Irene*] Muratori T. III. p. 1497. *Eirene* vulgo.

2. *quinos*] *binos* Muratori.

1287.

Auth. IV. 158. Inter monumenta Christiana retulit Scriverius.

1. *hic erepta*] *hic iacet abrepta extremo funeri coniunx* Gruter. p. 832. unde legendum *Hic abrepta iacet supremo funere coniux.*

2. *Thecla*] Mazochius p. 176. B. in Add. T. II. p. 686. *Tecla* vulgo. *praegnans*] *vivens* Gruter.

4. *unum*] an *una?* — *crudeli tabe c. sust. unum* Gruter.

1288.

Anth. IV. 159.

4. *vos sitis pl.*] Bonifacius. *vos ite o pl.* vulgo. *vos este ó pl.* Schrader. ep. crit. p. 67. *vos ite placidi* Muratori T. III. p. 1364.

1289.

Anth. IV. 160. Hoc epitaphium una cum sequenti in uno monumento legitur.

2. *perdite amato*] B. et Schrader. in ep. crit. pag. 68. *praedita amans* vulgo.

3. *quin n. in amaritie*] Schrad. *quin nulla in avaritiae* ms. Heins. *quum nulla in avaritie* vulgo. *quum nulla inavarities* Bonada. *amarities* occurrit apud Catullum.

1290.

Anth. IV. 161.

1. *Philematium*] utrumque dicitur vel Philematium vel Philematio. *nominitata*] conditor huius epitaphii Lucretii vocabula imitatur, ut *nominitare* ac *supera* et *necis potiri*. Schraderus ep. crit. p. 68.

3. *eidem*] i. e. eidem patrono.

4. *re fuit*] *qee fuit e puero plus superaque pareius* Muratori T. III. p. 1422. Legendum *qui fuit e vero plus superaque parens.*

1291.

Anth. IV. 162. ap. Orellium n. 4652.

1292.

Anth. IV. 163.

1293.

Anth. IV. 164.

1. *dulcis apud*] B. ex Grut. p. 1061. *dulce caput*, *manes* vulgo.

2. *liquisti morte*] *tu secura iaces, nobis reliquisti querelas.* Cruter. An *tu secura iaces, nobis liquisti querelas?*

1294.

Anth. IV. 165. Prius distichon a marito, secundum a coniuge dictum est, tertium abruptum corruptumque videtur.

1. *dulce*] ms. Perotti. *chare* vulgo, quod Pithoeus supplevit.

2. *quae*] *quam* B.

3. *flere*] ultima longa. excusat interpungendi ratio. *fletum* B.
me hora manebat] B. *fatalis mihi ora manebant* vulgo.

4. *quae*] uncis inclusi. reliqua ex ms. Perotti recepi. *Quae coniugio distulit illa tuo* vulgo. *quae me coniugio distinet una tuo* B.

5. *tunc tu*] hoc distichon intelligi nequit.

1295.

Anth. IV. 166. Ferretius in Musis lapidarib. p. 144. Gruter. pag. 654. Epigramma corruptum.

1. *Glyconis*] psaltria.

2. *anima*] *animo* Schrader. Epist. p. LXIX. ad ep. 210. — *usque ipsa* Bonada.

3. *tetricos-honores*] i. e. sie verdüsterte sich nie den Reiz des Lebens, sondern brachte dasselbe stets in Lust und Freude zu. Infinitivi *madere* et *sequi* pendent ab *egit*, sie trieb das Trinken und Singen, id est, sie trank und sang.

4. *mage*] Pithoeus. *magi lascivos suabes* vulgo. Sed mage lascivos et suaves honores egit.

Sic numquam tetricos egit sibi lucis honores,
Sed magi' lascivos suavis Bacchoque madere,
Simplicitate loqui: cantus mollesque choreas
Lusibus ipsa suis generabat, saepe et amores.

Bonada.

5. *choreas*] Grut. *coronas* vulgo.

6. *amores*] Grut. *amore* vulgo.

10. *severa*] Boissardus. *benigna* vulgo.

1296.

Anth. IV. 171.

1. *Livia-tellus*] Forum Livii.

2. *satas*] ms. Pighii. *salam* vulgo.

5. *et tantum*] *inanium* ms. Morgagni. *et miserae liquit solalia inania amanti.* B. An *Haec tantum?*

6. *ponere*] *reddere* Gruter. p. 823.

1297.

Anth. IV. 172.

2. *mersa deo*] *mersa vado* B.

10. *nunc-ipsa*] Bonada. *huic-ipse* vulgo.

15. *bis senos*] corruptum, mater obiit XXII. annos natus: igitur filius XII. annos natus esse non potest, sed potius sex annos natus erat ut in versu undecimo dictum est. An *hos senos?* quod certe sensu, metro autem minus commendatur.

19. *Attica aëdon*] A. IV. 155. *et super in nido Marathonia cantet aëdon* i. e. luscinia.

20. *comes in lachrimas*] Schrader. ep. crit. pag. 68. *in lacrimis* Bosscha ad Anth. gr. T. IV. p. 284. *ad lacrimas* ms. Gudii. *comes his lacrimis* vulgo. *comes lacrimis* Bonada.

Siren] Sirenes, lusciniae, hirundines, cycni de lugubri cantu poetarum non raro dicuntur.

21. *et Alcyone*] ms. Gudii. Schrader. *ut Alciona* vulgo. De Alcyone sive Halcyone (der Eisvogel) extat epigramma in Anth. V. 172, et conf. Lange vermischte Schriften p. 211.

22. *et tristis-et*] unum alterumve *et* corruptum. *cum tristis* Bosscha.

23. *Oebalius-cycnus*] cycnum Italicum sive Ligusticum intelligit poeta, quem, mortem Phaethontis querentem, describit Ovidius in Met. II. 367.

mecum] *moriens* Bosscha.

1298.

Anth. IV. 173.

1. *caste*] *castae* Bonada. B.

1299.

Anth. IV. 175. Millin Voyage dans le Midi de France T. III. p. 502. Christiana est inscriptio.

1. *Apelles*] prima longa. *deb. coniugio pia ea scribit Apelles* D'Orville. Malum poetam corrigere non licet.

2. *quam rapuit . . mors*] *quam rapuit moesto mors* Bonada, Muratori T. III. p. 1299. lacunam ante *quam rapuit* indicat, Millinius vero eodem loco, quo Burmannus, habet.

6. *refero munus . .*] In *refero* vitium latet, cum *re* brevis sit syllaba. *refero munus Sempronia* Tollius. — Millinius adnotavit: *Le nom de cette épouse est effacé dans l'inscription. Je ne sais pourquoi le*

P. Dumont a placé ici celui de S e m p r o n i a, *qui rend le vers faux. Ce nom se retrouve encore dans plusieurs manuscrits conservés à Arles. On ne remarque plus sur le monument que la trace d'unò.*

7. *viri*] Schrader. ep. crit. p. 68. *viro* vulgo. *virom* B.

11. *Pompeius Apelles*] *Sextus Pompeius Apelles, qui probablement était un affranchi de la famille Pompéia, a exprimé d'une manière trop obscure ses regrets sur la mort de son épouse; les qualités de cette jeune dame méritoient sans doute d'être chantées plus dignement, mais l'amour conjugal navoit pas inspiré à Apelles le talent des vers.* Millin.

1300.

Anth. IV. 178.

4. *poterunt*] *potuerunt* Bonada. *poterint* vulgo. verum recepi e Maffeii Mus. Veron. p. 423.

8. *sibi*] *tibi* Schrad.

10. *a domino*] Pertinet hoc epigramma ad Firmam Epaphroditi contubernalem, non uxorem; nam civis Romanus fuisse non videtur, qui praenomine et familias nomine caruit. Idque confirmat tertius versus, ubi coniux distinguitur a maritis, qui proprie tales dicuntur post contractas nuptias. Epigramma meminit conlibertorum, qui duo videntur fuisse, quorum alter militiam sequebatur, alter a domino iussu eius aberat. Maiansius ep. p. XLI.

1301.

Anth. IV. 179.

1. *florea grata*] i. e. flores gratos. *florea prata* vel *rura* B. Add. T. II. p. 687.

4. *ac leve*] *at gelida hibernum tempus tellure videtur.* B. Add. l. l. Interpretor: und eine leichte Winterzeit möge dir unter der Erde zukommen.

1302.

Anth. IV. 180. ap. Orellium n. 4828. Versus iambici scazontes.

4. *quantum doloris*] construe: sic numquam tantum doloris suspires, quantum titulus iste testatur.

1303.

Anth. IV. 181.

1. *hic*] *heic* Muratori T. III. p. 1339. *hac* vulgo. *haec* B.

1304.

Anth. IV. 183. Edidi ex Petri De Lama Inscriptt. antiq. p. 119., qui ad finem seculi quarti inscriptionem refert. *Il P. Affò*, inquit idem, *lo pubblicò con qualche errore, io lo riproduco fedelmente trascritto.*

1. *cursus variumque laborem*] Pietro de Lama. Muratori T. III. p. 1770. *casus variosque labores* vulgo.

2. *conciliarem opes*] synaloephe neglecta. Sic Pietro de Lama. Muratori. *ut iustas conciliaret opes* Millin Voyage dans le Milanais T. II. pag. 106., qui adnotat: *Cette épitaphe paroît être du temps d'Honorius et d'Arcadius. Muratori met en tête ces mots Macrobius sibi et Theodosiae coniugi opt. V. F. Ils n'y sont pas, et rien dans l'inscription n'est relatif à ce Macrobe.*

3. *transmisi*] Pietro de Lama. *amisi* Muratori. vulgo.

quaecumque] an *quodcumque?*

4. *haec tamen*] Pietro de Lama. *et satis ad manes sufficit urna mihi* vulgo. Muratori.

5. *et*] Pietro de L. *at* vulgo.

7. *manebat*] *maneret* Millin.

9. *extendere*] Pietro de L. Millin. *adquirere* vulgo.

10. *titulus*] Pietro de L. Muratori T. III. p. 1770. *tumulus* vulgo ex Muratorio T. III. p. 1370.

non perit] i. e. memoria bonorum hominum non interit, *non probat* Millin.

bonos] *probos* Murat. T. III. p. 1770.

1305.

Anth. IV. 184. ap. Orellium n. 4841. Morcelli Op. Epigraph. T. I. p. 438.

4. *facinus victrix*] *fati victrix!* B.

1306.

Anth. IV. 185.

1307.

Anth. IV. 189.

Sca] i. e. Scaptia tribu.

1. *post morte*] i. e. mortem. v. 4. *post morte*. v. 6. *fine* pro *finem*.

2. *indicium, obitos*] synaloephe neglecta syllaba *um* arsi producitur.

4. *quid*] Muratori T. II. pag. 758. *quod* vulgo. Was nützt das Leben, wenn wir uns nicht auf die Zeit nach dem Tode vorsehen? der Name, der Ruhm verbreitet sich, und nur der Leib wird verbrannt.

5. *nomen, fama volat*] *nomen fama vehat* B. eleganter T. II. pag. 183.

1308.

Anth. IV. 192.

Crasfiliae] Muratori. Cassia Sulpicia Crasfilia dicitur. *Cras, filiae* vulgo.

1309.

Anth. IV. 195.

1. *L . . . haec*] Muratori T. IV. p. 2076. nomen viri desiderat, ut

Larcius, Lollius, Lucius, Laelius. *Lubens* B. suppleverat, quod in Corrigendis p. 785. retractavit.

1310.

Anth. IV. 195. Inscriptio Christianorum.

6. *ad natum*] *ad fatum* B.

ductus] ms. Alciati et Schrader. ep. crit. p. 69. *iunctus* vulgo. Hoc distichon obscurum est.

1311.

Anth. IV. 196. Osanni Sylloge fasc. IX. p. 458.

3. *sacrati*] i. e. cineres mei sunt sacrati, et per matrem caram positi. An *cineres simul iamque sacrati?*

5. *pius saepe colit*] pronuntiandum *piu' saepe colit* vulgo. *quos pia saepe colit mater* B. v. 9. *floribu' sertis.*

7. *me unam retinete*] i. e. me unam tenete in Orco.

9. *floribus*] pronuntiandum *floribu'*.

10. *dicant*] *dicat* schedae Osanni.

1312.

Anth. IV. 197.

2. *da mi*] „*i.* e. Ossa sepulta hominis precantur, ne tumulum hunc urina contamines; sed, *si* gratus homo es, misce, et mihi (i. e. mihi lapidi, qui tumulum lego), da. *Dare* enim et *addere* verba sunt in sacrificiis propria." Gerardus Hasseltus in Act. Societ. Traiect. T. I. pag. 263.

1313.

Anth. IV. 199. ap. Morcelli Op. Epigraph. T. I. p. 438.

1314.

Anth. IV. 200.

1. *gratus*] Schrad. *grato* vulgo.

2. *Tusidius*] *T. Usidius* Muratori T. III. p. 1319.

hunc titulum] metrum claudicat. *titulum hunc* neglecta elisione B.

1315.

Anth. IV. 201. Iambici senarii.

15. *aetatis-foedere*] non liquet.

20. *sed lumen*] construe *sed nomen viri omne lumen vel decus mihi dedit.*

22. *inluminas*] *inluminans* Bonada.

24. *nanetus es*] *nactus est* Bonada.

30. *tu piu' moves te*] scripsi adsentiente Orellio nostro in Eclogis p. 285. In *pius* *s* eliditur. — *tu pius moves te* vulgo. Hagenbuchius *te* delebat.

46. *paras*] *putas* Bonada.
50. *cui placere*] Schrader. ep. crit. p. 69. *cur placere* vulgo.
51. *Romulae*] *Romuleae* Bonada. Conf. Bentl. ad Hor. C. 1. 2. 46.
52. *si tuae*] *si tuai* Bonada. *sit tuae* B. *si fuat similis* vulgo.

1316.

Anth. IV. 202.

1317.

Anth. IV. 203. Hoc distichon in multis epitaphiis legitur.

1318.

Anth. IV. 206. Vulgo carmen ab alio disticho incipit:

Vivere post obitum vatem vis nosse, viator?
Quod legis, ecce loquor. Vox tua nempe mea est.

Id, ut par erat, separatum edidi supra.
11. *exeruere*] Heins. *exercere* vulgo.

1319.

Anth. IV. 207.

1320.

Anth. IV. 209.
6. *laetus omni*] versus claudicat.
7. *nec*] *ne* Schrader. ep. crit. p. 69.
8. *floris*] Bonada. Schrader. *Floris* maiore litera quasi nomen proprium vulgo.
10. *una fide coluit*] *una* nominativo casu, i. e. prae omnibus.
12. *supremumque*] *supremumque suum reddidit obsequium.* Bonada. *supremisque suis reddidit obsequium* Maffeius. Muratori. In lectione Burmanni particula *que* offendor.
19. *vitam habitamque*] In *vitam* ultima arsi producitur.
24. *vitae ei reddere*] Bonada. In lapide VITAE I REDDERE. Illud I explicat Mazocchius per dativum *ei.* — *vitae reddere* vulgo.
26. *iungit-iunxerat et*] *iunxit tumulus iunxerat ut thalamus* Muratori T. III. p. 1737.

1321.

Anth. IV. 210.
5. *anima*] *animo* Schrad. ep. crit. p. 69.

1322.

Anth. IV. 211.
1. *coniu..*] *coniugibus geminis* B. supplevit.

1323.

Anth. IV. 215.

4. *pia*] ultima brevi contra naturam pentametri: quod corrigi nequit monente Boissonadio ad Theognidem v. 440. pag. 250. et Santenio ad Terentian. v. 1778. p. 291.

5. *mirare*] *mirere* Muratori T. II. p. 956. *miserare* B.

6. *hoc*] omitt. Muratori.

1324.

Anth. IV. 216.

1. *pater Osius*] Labbaeus. *pater Orsius* ms. Alciati. *decus*, *Theodosius* B. quod in Corrigendis retractavit p. 785. *PR. osius* Gruter. pag. 1056.

3. *Mediolani*] B. *MLI* ms. Alciati. *IMI* Gruter. vulgo.

9. *rei*] bisyllabum.

12. *ex tanto*] *in tanto* Labbaeus.

14. *tumulis*] *tumulo* Labbaeus. Illud etiam ep. 219. *accepit tumulos*, *qui dare debuerat.*

1325.

Anth. IV. 217. Inscriptio Christiana.

1. *Tertia*] Schrader. ep. crit. p. 69. *tertia* vulgo.

4. *vixit*, *et heu tenero*] Bonada. *vixit et tenero* vulgo. *vixit et heu misero* vel *vixit et a tenero* B.

6. *rerumque*] *verique* B.

1326.

Anth. IV. 218. ap. Orellium n. 4849.

1. *dispar damna leges*] *Dispar damna lege Parkarum et stamina dispar* in Marinii Actis Fr. Arv. T. I. pag. 161. Bonada. Sed in hoc disticho magna obscuritas inest: legendum enim

Dispar damna leges, *Parcarum crimina dispar:*
Haec ridenda tibi est, *hic lacrimandus erit.*

i. e. mit ungleicher Empfindung wirst du von dem zweifachen Verlust, von der doppelten Grausamkeit der Parcen lesen. Denn über den Tod der hier begrabenen alten Amme wirst du lachen, über den Tod aber des Sohnes weinen. Vulgo legitur *haec ridenda mihi est*, ita ut *leges* in primo versu intelligi nequeat.

4. *at hic terno*] *terno consule natus* i. e. tres annos natus. *ad hic tertio* Marinius.

6. *Persephone*] *Persephones* Marinius.

1327.

Anth. IV. 219.

3. *coepto*] *coeptae* Markland.

4. *finiit*] bisyllabum. *quam finiit* Bonada.

6. *quos*] Muratori T. II. p. 1134. Bonada. *qui* vulgo. *quoi* B.

1328.

Anth. IV. 220. Palladius is esse dicitur, cui carmen, quod supra legitur n. 263., tribuitur. Cf. Wernsd. Po. lat. T. II. p. 389.

1. *vitae Palladii*] *ut te Palladi* Gruterus. *vitae Palladi* ms. Meermanni. Si illud *Ut te, Palladi, raptum* etc. vera est lectio, secunda syllaba in *Palladi* contra morem producitur.

1329.

Anth. IV. 221.

1. *supervacua*] in metro vitium est, cum ultima syllaba producatur contra regulam. Explica: Vota fletusque supervacua fuerunt. Numina enim deorum, naturae lex et fatum arcuerunt, quo minus irrita essent vota.

3. *praecesti*] vel *praeisti* B. *sprevisti* vulgo.

4. *beatûm*] B. *veatum* vulgo.

1330.

Anth. IV. 222. Gruter. p. 1000. Subscriptionem ex Mazochio duce Burmanno adieci. Vulgo inscribitur *Vibius C. L. Helenius Vibiae L. Latinae.*

4. *tui*] *mei* Bonada.

1331.

Anth. IV. 223.

1. *Musa*] Gruterus. p. 813. *charta* vulgo.

6. *eheu*] *heu heu* B. Sed vide Ramshorn L. G. p. 1027.

1332.

Anth. IV. 224.

3. *has*] Gruter. p. 1055. *his* vulgo.

5. *maiorum*] Schrader. prob. Nodell. ad Avian. p. 112. *maior enim* vulgo.

8. *tum-mitis*] Schrad. ep. crit. p. 69. *cum-miles* vulgo.

15. *Te Levita pater* etc.] Schrad. ex Grutero.

Te luxitque pater, soboles coniuxque fidelis
Te mixtis lacrimis longe et amata domus.

vulgo.

1333.

Anth. IV. 226.

1334.

Anth. IV. 227.

1. *ereptus*] *prima praerepte iuv.* B.

2. *numerabat*] *numerabas* B.

3. *heu!*] Schrader. ep. crit. p. 70. *heus* vulgo.

1335.

Anth. IV. 228.

2. *merito*] B. *intro* vulgo.

1336.

Anth. IV. 230. Ex litteris initialibus per acrostichin exit nomen *Iulius Secundus*, ut IV. ep. 322.

3. *litore Phocaico*] Massiliae.

11. *trino de numine*] *trino de nemine* Gruter. p. 690. *trino denemine* Broukhusius. Trinum fati numen dicitur, quia tres sunt Parcae.

1337.

Anth. IV. 231.

1338.

Anth. IV. 232. Versus senarii.

1. *filius illum-dedit*] non liquet.

4. *puerilem*] *puer item* Cannegieter.

5. *ac*] delevit Cannegieter.

6. *millibus*] int. passuum.

1339.

Anth. IV. 229.

1. *specie*] B. *speciem* vulgo.

2. *forma equidem* etc.] B. in Corrigendis p. 785. — *forma rudi puerum, Priscum agnomine quondam* vulgo.

1340.

Anth. IV. 233.

1. *qui legis*] an *quisquis es?*

5. *patris*] *patrem p. referens et nomine matrem* Schrader. ep. crit. p. 70., quia vox *amborum* docere videatur, matris mentionem praecessisse.

7. *mortis*] Bonada. vulgo abest.

12. *luctus sollicitare*] Bonada. ut alibi *parcite fata mea sollicitare.* — *luctu sollicitare.* vulgo.

1341.

Anth. IV. 234. Versus senarii.

Anth. IV. 244. Ex Itinere Keysleri p. 786. patet, epitaphium ab Antonio Epicuro, poeta Neapolitano, quia 1555. diem obiit, factum esse, nec aliter Schraderus iudicavit in Ep. p. 68.

1. *nata, sed heu*] *Nata, eheu* Keysler.

3. *nam tibi dumque*] *Dum tibi namque* Keysler.

1594.

Anth. IV. 251. Extat in Iani Anysii, poetae Neapolitani, carminibus lib. VII. p. 104. Cum titulo *De filio comeso a matre in obsidione Hierosolymitana.* Schraderum hoc carmen silentio praeterisse miror.

8. *haec-sidera*] i. e. solem et lunam. Burm. Add. T. II. pag. 693.

1595.

Anth. IV. 258. Carmen, quod in Schradaei tantum Monumentis Italiae p. 140. legitur, recens esse Schraderus dixit in Ep. crit. pag. 68., atque sententiam eius recenti more formatam quivis facile sentiet.

1596.

Anth. IV. 262. Ex Schradaei Monum. Ital. p. 243. patet, Claudiae Caglianae feminae rarissimae Neapolitanae hoc carmen inscriptum esse, nec aliter iudicavit Schraderus p. 68. Ep. crit.

1597.

Anth. IV. 280. Eis epigrammatis adnumerari debet, quae, tamquam ex Italia sibi missa forent, Angli credulis venditarunt. Ac Burmannus una cum Schradero in Ep. crit. p. 68. fictum esse docuerunt.

7. *tuum*] versus corruptus.

1598.

Anth. IV. 340. Maiansius Ep. pag. XXXVI. adnotat: Ego minime dubito de huius epigrammatis existentia, sed spurium esse omnino mihi persuasi: quod facile probabis, si versuum singulorum sententiam, puériles imitatiunculas et ridiculam connexionem observare volueris, omnia ab illo tempore alienissima.

12. *contegit ossa lapis*] in epist. Maiansii p. XXXV. *conditus hoc lapide*. vulgo.

1599.

Anth. IV. 342. Legitur inter epitaphia recentia urbis Romae hac inscriptione *Perpetuae securitati Vicentio Macro Io. F. Vicentino philosopho et medico atque utriusque linguae iuxta erudito. Qui vixit ann. XXXV. Io. Georgius Prissinus amico dulciss. verecundiss. que op. d. s. m. p.*, unde Schraderus Ep. crit. pag. 68. delendum esse ex Anthologia antiqua censuit.

1600.

Anth. IV. 349. Emendatius edidi ex Boissonadii Commentation. Epigraphica Epistolis Lucae Holstenii addita pag. 429. „*Haec inscriptio*, inquit ille, *est celeberrima et, ni fallor, falso suspecta.* — Novam enim inscriptionem esse putat Schraderus in Epist. crit. pag. 68. atque Orellius in Inscriptt. Corpore T. I. p. 566.

2. *te in*] om. *te* vulgo.

perditus heu!] *p. ah.* vulgo.

4. *hinc dum te*] i. e. *ex hoc loco, ex hoc sepulcro tuo, cui insideo, te continuo aspicio, te, cuius suavissima imago meis usque observatur oculis.* Boisson. — *hinc, te cum* vulgo.

1601.

Anth. IV. 350. Burmannus ipso carmen aetatis non admodum vetustae esse dicit, idque Manfridi nomen satis comprobare videtur.

1602.

Anth. IV. 358. Ex inscriptione, quae in Schradaei libro legitur, apparet, Cynthiam, cui hoc epitaphium positum est, obiisse anno 1540., unde Schraderus carmen recens esse dicit in Ep. crit. p. 79.

3. *etenim*] Schraderus. *etiam* vulgo.
5. *te, Cynthia*] Schradaeus. *et Cynthia* vulgo.

1603.

Anth. IV. 389. Hoc epigramma, quod in Schradaei tantum Monum. Ital. pag. 161. legitur, recens esse puto, cum sententia eius ab antiquo more abhorreat.

1604.

Anth. IV. 400. Antonii Thebaldaei epigramma, ut iam Fabrettus p. 331. ex inscriptione eius luculenter demonstravit. Nec aliter iudicavit Schraderus Ep. crit. p. 68.

1605.

Anth. IV. 401. Fabrettus pag. 331. eiusdem aetatis ac praecedens esse dixit, itidem recens esse Schraderus in. Ep. cr. p. 68. adnotavit.

1606.

Anth. IV. 403. Broukhusius ad Tibullum II. 4, 32. docet, Ioachimum Bellaium hoc epigramma sibi vindicasse, et ex Italico vertisse. Ioachimus Bellaius, poeta, historicus, grammaticus natus est ann. 1524. ut ex Saxii Onomastico T. III. pag. 265. patet. Schraderus quoque in Ep. crit. 68. recens esse monuit.

A p p e n d i x.

1607.

Anth. I. 170.
4. *Atride nec*] *Atridae aut* B.
20. *contendunt petere*] *Undique conveniunt, et virginitatis amore contendunt, dubii oppetere seu vivere cedat ille dies: —*
Med. Wakker Amoenitatt. p. 157.
48. *quisquam*] *quisnam* Schraderus Add. T. I. p. 725.

1608.

Anth. I. 171.
3. *Cererem*] *cerem corruptam mundis emittit* ms. Salm.
8. *redoletque*] *redolentque* ms. Salm.
9. *verubus*] *veribus* ms. Salm.

1609.

Anth. I. 172.
3. *veris*] *verus* M. Wakker Amoen. p. 17.

14. *ergo iugo parat*] *ergo iussa parat* B. Add. T. I. p. 725.
104. *effata*] *affata* Schrader. Add. T. I. p. 725.
128. *parce*] Schrader. et Higtius Add. T. II. p. 711. *pasce* vulgo.
162. *dilapsus calor*] B. Add. T. II. p. 711. Klotz. in Antiburmanno p. 71. *delapsus color* vulgo.

1610.

Anth. I. 173. Wernsdorf. Poet. T. III. p. 57 et 557 sqq.
3. *incole*] *indole* Higtius Add. T. II. p. 711.
4. *voluptas*] *voluntas* Higtius.
10. *gravi conponam*] *graves conponant carmina fletus* vel *gravi cônponam carmina fletu, Plus valet iste dolor* Higtius.
11. *dolorem*] — *nec conplent verba dolores,*
quae sensus patientis habet: nec regna requiro,
quae male victa dedi. Higtius.
15. *celerare*] Higtius. *celare* vulgo.
17. *meritisque*] *mentisque* Higtius. *metrisque* Wernsdorf.
19. *quid*] *quod* Wernsd.
20. *formai*] Schrader. Higtius. *firmat* vulgo.
21. *condemnat*] Schrader. Higtius. *commendat* vulgo.
28. *mira fides*] Higtius. Wernsd. *mira fide* vulgo.
33. *perdi*] *totum pro! crimine perdo.* Higtius.
41. *negent*] *neget* Schrader.
45. *cum de fratre*] Higtius. *quod de fratre* vulgo.
55. *amplexuque*] ms. Divion. Wernsd. *amplexusque* vulgo.
63. *foecundo*] — *fecundo semine rerum*
mutat terra vices, et verni temporis auras
laeta vocat: spisso revirescit gramine campus;
64. — *Triticeas ligat herba comas, nec fallit aristis*
proventum meliore die.
Wakefield. ad Lucret. I. 756.
69. *reparare labores*] *reparare labori* Schrader. Add. T. I. p. 726.
75. *regit*] — *regit aequora fluxus*
lite sua (vel *vice sua?*) *vicibusque suis, quod deperit, auget*
officiis natura vacans. Higtius.
86. *piacula*] *pericula* Schrader.
92. *miseramque*] *seramque* B.
97. *crescit*] *cessit* Schraderus. Higtius.
107. *fovebat*] *fallebat* B. *figebat* sive *fingebat* Oudend.
117. *reposcent*] *reposcam* Higtius.
122. *non*] *nunc* Higtius.
123. *at*] Oudend. *et* vulgo.
132. *sed*] *sit* Higtius.

134. *dum*] Oudend. *sum* vulgo.
136. *tutior*] *tutior esse timens, inhonesta pericula poscis;* Higtius.
144. *regat*] *negat* Higtius.

1611.

Anth. I. 174.

1612

Anth. I. 175.
1. *Turne, spes*] *Turne, o spes* B. inprobante Wakefield. ad Lucret. IV. 78.

1613.

Anth. III. 81.
1. *tuae*] deest ms. Salm.
4. *furiis*] *furtis* Salm.
14. *extemplo*] *exemplo* Salm.
18. *quaerens*] *querendum* Salm. a 1. m.
artus] *arte* Salm.
19. *alterna*] *alternos* Salm.
23. *tunicas*] *tunica* Salm.
24. *gaudentque, nec*] *gauderentque ultra* Salm.
26. *manus*] *manus me credite* Salm.
28. *tot*] deest Salm.
30. *aere*] *haerenitendi* Salm.
32. *intenti*] *intendunt* Salm.
34. *ipsa — armis*] *ista — artis* Salm.
40. *tum*] *tunc vero ad voces c. m. inter morem* Salm.
47. *ima*] *ia appetunt quam veris* Salm.
48. *alter*] *tales* Salm.
52. *hunc*] *quem* Salm.
54. *ebuli*] *epuli vacis nimioque* Salm.
61. *capit ante*] *capitate* Salm.
62. *risuque*] *rursusque* Salm.
70. *quae — quocumque*] *quam — quodcumque* Salm.
72. *quemquam*] *quidquam* Salm.
74. *ingeminata*] *ingemitata* Salm.
80. *reddi*] *redit si poscit* Salm.
81. *indebita*] *indevita* Salm.
90. *autem elapsus*] *autem melapsus* Salm.
91. *natorum*] *nautorum* Salm.
92. *hos*] *huc* Salm.
95. *digitos*] *digito* Salm.
100. *cede locis*] ante h. v. alius versus in Salm. legitur:
non vires alias conversaque nomina sentis
caede locis.;

102. *fata*] *facta* Salm.
104. *illum*] *illo* Salm.
108. *retinens*] *retines* Salm.

1614.

Anth. I. 98. Pentadio Scaliger atque Wernsdorfius Poet. T. II. p. 525. vindicat, et est Pentadii epitaphio Hectoris, 241, simillimum. *Eusebio* vero vulgo inscriptum, *Eusthenio* in ms. Thuan. Petav., qui inter poetas scholasticos est.

1. *notissima*] *novissima* m. Thuan.

2. *clarum*] *clara* m. Turicensis C. 58.

3. *totiens*] m. Thu. *toties* vulgo.

armis] *hastis* m. Tur. a 1 m. deinde *victoribus* mss. Thu. Voss. Petav., ut Virg. Aen. X, 67. *fatis auctoribus*. ep. 543, 8. *corruptore auro*.

7. *ille Menoetiadae solvit*] m. Voss. *ille manu aeacidae* [*solvit* m. Petav. Thu. *ille interceptus soluit* m. Tur. *ille interfectus subiit* vulgo.

8. *succubuere*] m. Voss. *procubuere* vulgo.

10. *cum pressi hostilem*] m. Tur. Gothanus ap. Duebnerum in Iahnii Ann. 1828 p. 309. *compressi hostilem* m. Pithoei. *compressi hostili* m. Petav. Voss. *Hostilem pressi fraude p. humum* vulgo.

fraude] int. Paridis.

1615.

Ex libro Feae Frammenti di fasti consolari e trionfali Roma 1820. p. 10. coll. pag. L.

3. *itero*] pro *iterum*, ut *tertio consul* nonnulli dixerunt pro *tertium consul*. L. Catilius Severus II. et Titus Aurelius Fulvus II. consules a. u. 873. Hadriano imperante.

7. *simitu*] vocabulum obsoletum pro *simul*.

1615. *a*

Anth. I. 44.

3. *cum Phineo*] *Harpyias, quarum Phinei maduere veneno* Schrader. Add. T. II. p. 704.

6. *visa*] hic versus abest a mss.

P. Virgilii Maronis aliorumque poetarum
P r i a p e i a.

1616.

Anth. VI. 1. *Cata dicta veterum poetarum in Priapum* ms. Mediolanensis. *Publii Virgilii Maronis Mantuani, poetae celeberrimi de*

vita et moribus Lapsacenorum liber incipit. ms. Guelferbytanus 705. *Publii Virgilii Maronis poetae Mantuani ad Priapum.* ms. Faurianus (Parisiensis) 8236. *P. Virgilii Maronis poetae inter omnes Latinos excellentis Priapeia.* Guelf. 704. *P. Virgilii Maronis Priapeia* mss. Broukhusianus, Witlianus, Mediceus, Colbertinus atque Coburgensis teste Forbergo ad Antonii Hermaphroditum p. 114. Singulorum carminum inscriptiones ex Guelferb. 705. arcessivi.

3. *hoc*] *hic* ms. Guelferb. 703.

6. *tectum nullis*] *nullis tectum* ms. Broukhusii.

8. *hanc*] *haec* in marg. ms. Guelferb. 705. ms. Voss. Lindenbrogii et duo Medicei. *hac* ms. Puteanus 8232.

1617.

Anth. VI. 2. Hendecasyllabi.

1. *teste te*] *te* deest Vaticano, Guelferb. 703. *teste te Priapo* mss. Fabricii.

5. *virgineum locum*] *ingenuum locum* ms. Broukhusii. Guelferb. 703. *inguen locum* ms. Guelf. 704. *ingenuum chorum* m. Puteanus. *virgineum iocum* m. Vatic. *virgineum corum* mss. Fabricii. *virgineum chorum* mss. Medic. Voss. Leid. Lindenbrog.

8. *ducere*] *dicere* m. Putean.

10. *tui notavi*] *tuis* mss. Medic. *anotavi* ms. Guelf. 705.

1618.

Anth. VI. 3.

1. *obscure*] *obscene* m. Baluzianus 8206.

2. *nil*] *non* ms. Broukh.

3. *quod*] *quae* m. Guelf. 704.
cupies] *cupias* m. Guelf. 703.

4. *cum teget*] *quom tenet* m. Putcanus. *dum tenet* mss. Guelf. Faurian. Baluzian. Colbertinus 8205. *tepet* m. Lindenbr.

5. *quodque*] *que* deest m. Guelf. 704.

7. *prima cupido*] *cupido prima* m. Guelf. 705.

8. *dum timet*] hunc versum sub Ovidii nomine adfert Seneca lib. I. Controv. 2. p. 104.
alterius] *illius* m. Lindenbr.

1619.

Anth. VI. 4.

1. *obscoenas*] *obscenis* Scioppius. Anton. Forberg. p. 208.

2. *dicans*] ab iambo incipit hendecasyllabus. *ducens* Scioppius. Anton. Forberg. *dicens* ms. Fabricii. Lindenbr.

Elephantidos] Elephantis poetria, quae in libris suis varia coitus schemata descripsit.

1620.

Anth. VI. 5.

4. *si dederis nobis*] *si mihi tu dederis* m. Guelf 704.

hortus] Similiter Kaestnerus in epigrammate ad C. A. Klotzium:

Olim truncus eras; nunc vir sis, Saxia fecit:
Custodem te horto praeficit ista suo.

1621.

Anth. VI. 6.

1. *quod sum*] mss. Guelf. 705. 704. Baluzian. a m. 2da. alii, Heinsius, Anton. *quod sim* vulgo.

3. *prendam*] *prehendam te* — *prehensam* m. Faurian. *et canendo prensam* m. Putean. *et* deest m. Guelf. 703. 704. *tenendo* m. Lindenbr.

5. *tensiorem*] *tentiorem* m. Baluzian. Guelf. 704. *tenciorem* m. Guelf. 703.

1622.

Anth. VI. 7.

1. *nam te paedico*] *nam te pe dico* mss. Vossian. Vatic. Wittianus, Faurian. Colbert. Dicit *paedico* pro *praedico*. — *nam prae, Pae, dico* vulgo. *nam prae* m. Putean. Epigramma sequioris aevi esse opinatur Burmannus.

2. *mea*] *mihi* m. Colbert. Guelf. 705.

1623.

Anth. VI. 8.

2. *turpe est vos*] *turpe vos est* m. Guelf. 703.

1624.

Anth. VI. 9.

1. *mihi*] *mei* B.

sit] *est* m. Guelf. 705.

2. *tela*] *signa* mss. Broukhus. Vatican. *cum sua signa* m. Putean.

3. *habet*] *habens* m. Lindenbr.

5. *valet*] *valuit* ms. Faurian.

6. *tepido*] *trepido* ms. Baluzian.

7. *num*] *non* ms. Baluz. Putean. Guelf. 703. 704.

8. *clamve*] *clamne* m. Faurian. Putean. Guelf. 704. vulgo. *clam nec* ms. Colbert.

9. *num*] *non* m. Baluz. *non* — *nodosa* m. Guelf. 703.

10. *tunica*] *tunicam* m. Putean.

num] *non* m. Baluz. Guelf. 703. 704.

13. *quod*] *quia* m. Guelf. 704.

1625.

Anth. VI. 10.

4. *lignum rude*] *rude lignum* m. Guelf. 703.

7. *salsa*] *falsa* m. Baluz. Faurian. Putean. Colbert. Guelf. 704. *ficta* Guelf. 703.

1626.

Anth. VI. 11.

1. *ne prensere*] *ne prensare cave prensus nec* m. Colbert. Guelf. 705. *ne pr. c. prensus* m. Putean. *ne prensare* m. Baluz. *ne prehensere cave prehensis non* m. Faurian. *nec pr. c. prensis* m. Guelf. 703.

2. *saeva*] *scaeva* m. Colbert.

3. *conto*] *concto* m. Guelf. 703. *cuncto* m. Faurian.

4. *rugas*] *rugam* m. Guelf. 703. 704. Lindenbr.

1627.

Anth. VI. 12.

1. *quaedam haud iunior*] Heinsius. Forberg. ad Antonium Panormit. p. 79. *quaedam iunior* mss. Faur. Baluz. Putean. Guelf. 703. 704. 705. Colb. Coburgensis. *quaedam senior* m. Vatican. *quaedam serior* Scaliger, Anton. vulgo.

2. *Cumaeae*] *Cumanae* Guelf. 703.

3. *tibi*] scil. Hecalae. *illi* Guelf. 705. *et qualis tibi* Guelf. 704.

5. *solet huc*] *huc solet* Guelf. 703.

7. *sibi, mentulum*] *sibi mentula* m. Faur. Putean. Forberg. *tibi mentula* Colbert.

9. *exscreavit*] *hic screavit* Putean. *hoc creavit* Colb. *hic sacravit* Guelf. 704. *excreavit unum hic* Guelf. 703.

10. *tolle*] „non dentem, ut interpretes volunt, sed cunnum aniculae prurientis vult Priapus procul abesse a conspectu suo, latere sub tunica scissa (nam tunicae puellarum tolli consuetae non solent esse scissae) et fugere lucem more suo: diu enim desuevit nudari mutonibusque peti. Neque aliud est nisi cunnus aniculae, qui tanto patet indecens hiatu, barbato macer eminente naso, ut credas Epicuron oscitari.“ Forberg.

11. *rufa*] *ruffa* Faur. Baluz. Putean. Colb. Guelf. 704. 703. *sisa — ruffa*, Guelf. 705. *russa* Forberg. et ms. Lindenbrogii.

12. *semper solet*] *solet semper* Guelf. 703.

lucem] *lucum* Barth. Anton.

15. *Epicuron*] *epuicureos* Putean. *epicureos citari* Guelf. 703. Baluz. *epicureum obscitari* Faur. *epicurii* Colb.

1628.

Anth. VI. 13.

1. *praecidere*] *percidere*Forberg. ad Antonium p. 277. *paedicere* Scaliger. Anton.

2. *tertia poena*] irrumatio.

1629.

Anth. VI. 14.

1. *salacis*] *fallacis* Guelf. 703.

2. *puta*] *putes* Putean.

5. *istuc*] *istud* Faurian. Baluz. Guelf. 703. 705.
vappae] *napeae* Guelf. 705. *vape* Guelf. 703.

9. *quilibet*] *quibus huc* m. Putean. *cui libet* B.

10. *oblitus*] *obsitus* Putean. *nigri* m. Lindenbr.

1630.

Anth. VI. 15.

3. *is me sentiet*] *si me sentiat* Colbert.

4. *inter*] hic versus post quintum legitur in Fauriano. Guelf. 704. et Colb. *intra* Putean. *intrat* Guelf. 703. *intret* Guelf. 704.

5. *haec*] *hoc* Guelf. 705. *hoc tibi* Guelf. 704. *haec tibi ne quisquam* m. Lindenbr.

6. *praecisum*] *praecissum* m. Faurian.

1631.

Wernsdorf. Poet. lat. M. T. VII. p. 131.

1. *qualibus*] *qualibet — ceneida.* Putean.
rapuit] *cepit* Heins. Anton.

2. *qualibus Hesperidum*] *qualibet ippomenis* Putean. *qualibus hippomenes* Colb. Faur. Baluz. Guelf. 705. 703. 704.

4. *Nausicaam*] *Nausicen* Faur. *Nassicam* Baluz. Colb. *Nausicam* Guelf. 703.

5. *pinxit*] *sumpsit* Putean. *perinxit achonti* Guelf. 703.

6. *qua lecta cupido*] *qua lecta est cupido pacta puella viro.* Baluz. Putean. *qua cupido lecta* Colb.

7. *talia quinque*] Lessingius ex ms. Rhedingeri in Opp. T. I. p. 266. nec aliter in Aldina ed. 1534. *talicunque* Faur. *taliacunque* vulgo. *qualiacunque pius* m. Lindenbr.

1632.

Anth. VI. 17.

1. *circitor*] media brevi more poetarum bonorum. Vid. Schrader. epist. crit. p. LXXIX.

2. *quid*] *cur* Faur. *qui* Heins.

1633.

Anth. VI. 18.

1. *pene*] *penne* Guelf. 705.

2. *laxa*] *lassa* Putean.

1634.

Anth. VI. 19.

1. *ecquando*] Scaliger. Anton. *hic quando* Faur. Baluz. Guelf. 703. 704. vulgo. *hic quandoque helethusa* Guelf. 705.

2. *tegente*] *teget* Faur.

3. *extis*] *extu-movet* Guelf. 705. *aestis* Faur. *extis satius altiusve movet* Baluz. Guelf. 704. *extis altius altiusve movet* Putean. *extis alcius assaciusque movet* Guelf. 703. *Exosse aptius altiusque motat* Forberg. ad Antonium Panormitanum p. 44.

aptius altiusque] *altius altiusque* Tollius.

4. *crissabit*] *crispabit* Bentleius ad Lucret. IV. 1264.

5. *sic ut*] deest *ut* Puteano, Guelf. 704. *haec ut* m. Lindenbr.

6. *movere*] *moveret* Guelf. 703.

1635.

Anth. VI. 20.

1. *telum*] *bellum* Guelf. 703.

2. *tua est*] *sua* omisso *est* Faurian. Guelf. 703. *sua est* Guelf. 705.

3. *sutilibus*] Putean. *si utilibus* Colb. *subtitibus* Faur. a m. 2da.

5. *invicti*] *invecta* Putean.

1636.

Anth. VI. 21.

1. *copia me perdit*] *copia mi periit* Anton.

3. *quaeque tibi*] Lessingius Opp. T. I. p. 267. ex ms. Rhedingeri et Guelferbyt. 705. nec aliter Faur. Baluz. Putean. Colb. Guelf. 703. 704. *Haec quaecumque tibi posui vernacula poma.* vulgo.

1637.

Anth. VI. 22.

1. *faciet*] *fecerit* Guelf. 705. *faciat* Anton.

mihi] *mi* Guelf. 703.

2. *haec*] *nec* Guelf. 703.

1638.

Anth. VI. 23.

1. *hic*] deest Putean.

violam rosamve] *rosam violamve* Guelf. 705.

2. *inempta*] *inepta* Putean.

6. *nequidquam*] *nec quicquam* Colb. *pulsat* Faur.

1639.

Anth. VI. 24.

3. *habeas poenam*] *penem licet indignere feroque* ms. Heinsii. *fero-*

que Guelf. 705. Totum ex Leonidae epigrammate versum est, quod in Antholog. Palat. Iacobsii T. II. p. 697. legimus.

4. *hoc ego? Pr.*] hanc interpunctiouem annotavit B. et Lessingius Opp. T. I. p. 269. Paedicabo te, licet indignabundus dicas, feramne hanc contumeliam propter olus subreptum? *hoc quoque propter olus* Putean. *promptus olus dicas* Colb. *hanc ego propter olus* Faur.

1640.

Auth. VI. 25.

1. *hoc sceptrum*] Parodia loci Homerici in Iliade I. 234. Conf. Virg. Aen. XII. 206.

arbore ut] *arbore est recisum* Taur. Baluz. Putean. Colb. Guelf. 703. 705. 704.

2. *poterit virere*] *poterit revirere* Putean. *pote revirere* Is. Vossius. B. *nulla etiam* m. Liudenbr.

5. *cui*] *quos* Guelf. 703.

nobiles] *nubiles* Heinsius. *mobiles* D'Orville.

1641.

Anth. VI. 26.

1. *porro nam*] *porro quis erit hic modus* Faur. *modus et metus Quirites* Colb.

7. *exfututus*] *cernitis ut futurus ut sim* Colb. Faur. Guelf. 703. *cernitis ut futuiturus sim* Putean. Guelf. 705. 704. *cernitis fututurus ut sim* Baluz. *et fututus* m. Lindenbr.

10. *quamlibet*] *qualibet* Faur. Guelf. 705.

11. *defecit*] *deficit* Baluz. Guelf. 704.

12. *miser*] deest Guelf. 704.

1642.

Anth. VI. 27.

1 *Circo*] *cirtho* Guelf. 705. *magnoque not. circo* Faur. *magnae, notissima Circe* Colb. *circo* deest Guelf. 704.

3. *pruriginis*] *pruritus* Guelf. 704.

Priapo] *Priope* Faur.

4. *adducta*] *abducta* Faur. Baluz. Guelf. 704. 703. 705. *obducta* Putean.

5. *orat*] *ora* Baluz.

1643.

Anth. VI. 28.

1. *et*] *sed* Guelf. 705. Faur. *non aegre* Colb.

4. *gravis*] *gravius* Putean.

1644.

Anth. VI. 29.

2. *verbis*] *inprobis probisque* Guelf. 704. 705. 703. Putean. *improbis probrisque* Faur. Colb. *improbis probusque* Baluz.

3. *sed cum tu*] *sed tu cum* Guelf. 703.

4. *ostendas*] *ostendis* Faur. Baluz. Putean. Guelf. 704.

1645.

Anth. VI. 30. 31. Coniunxi haec epigrammata, quae vulgo separata leguntur.

2. *dic*] *da* m. Bronkhus. B.

3. *uvas*] *unam* Guelf. 705. 703. Baluz. Putean. a m. 2da. *uvam* Faur. Colb.

4. *quas aliter*] *cur aliter-aquam* Baluz. Colb. *cur aliter* Putean. Guelf. 703. 705. 704. *unde aliter* Faur. Aliter haec verba explicat Handius ad Tursell. T. I. p. 272. et Wakefield. ad Silv. Crit. 4. p. 91., aliter Forberg ad Antonii Hermaphrod. p. 298.

1646.

Anth. VI. 32. Iambici seazontes.

1. *nil mei*] Faur. *nil manu mei* Guelf. 703. *nil mea* Guelf. 705. Baluz. *nil tua* Guelf. 704. *nil mihi* vulgo.

2. *ipsa*] *ipse* Putean.

4. *ut ipsa*] *ut ipsa tuo de queas culu* Putean.
culo] *cunno* Scioppius.

1647.

Anth. VI. 33.

3. *collatas*] *collatasque sibi suisque* Faur. *collataque sibi suisque* Colb. *collatasque sibi quae suisque* Guelf. 703.

4. *facit*] *fecit* Anton.

7. *atque putris*] Anton. Hand. ad Tursell. T. I. p. 472. *atque petra pumex* Scaliger. *caret ut putrisque pumex* vulgo. nec aliter Faur. Guelf. 703. *uti putrix pumex* Guelf. 705. *usque putris pumex* Baluz. Putean. Corruptum duco; Antonii enim lectio metro non convenit.

8. *ut*] *nisi* m. Lindenbr.

9. *scobemque*] *scrobemque* Guelf. 705. Putean. *scorbemque* Baluz.

12. *larvialem*] *larvalem* Guelf. 703. 705. 704.

13. *aeque*] *atque* Scioppius.

1648.

Anth. VI. 34. Hoc epigramma non adeo vetustum esse existimo.

1. *Naïdas*] In Guelf. 705. legitur:

Ad quendam quomodo debeat servire Priapo.
Penne nates fodias, si vis servire Priapo. (v. Lessingii
. Opp. T. I. p. 265.)
Naiades antiqui driadesque h. P.
et quo etc.
nunc — — — — — *plena libido est*
ut etc.
Priapus ad quendam.
Turpe quidem fatu sed, si tentigine rumpar,
falce manu posita fiet amica manus. —

Naiades driadesque Guelf. 704. 703.

3. *libido*] *tibido est* Faur. Baluz. Putean. Colb. Guelf. 703. 704. Lindenbr.

5. *fatu*] Guelf. 705. Anton. *factu* vulgo.
sed ne] *sed si* Guelf. 705. 704.

6. *manu*] *falce tamen* B.

1649.

Anth. VI. 35.

5. *verpas*] *verpos-salignos* Guelf. 703. *verpas-salignos* Faur.
tibi] *sibi* Baluz.

1650.

Anth. VI. 36.

2. *si prensus*] *si deprehensus eris bis* Faur. *si prehensus eris* Baluz. *si praecisus eris bis* Put. Colb. Guelf. 703. 704. Lindenbr. *si prenssus eris* Guelf. 705. An *si deprensus eris bis?*

4. *patiare et hanc*] *patiaris hanc* Faur. Put. *patiare hanc* Guelf. 705.

1651.

Anth. VI. 37. Iambici scazontes.

1. *quisque*] *corporis formas quisque* Faur. *corporis quisque formas* Put. Colb. Guelf. 703. 705. 704.

3. *trahit figuram*] Faur. Put. Colb. *trahit figuram virginis celer Bacchus* Baluz. Colb. Guelf. 703. 705. 704. *trahitque Bacchus virginis tener formam* vulgo.

4. *Minerva flavo*] *Minerva flava: lumine est Venus paeto.* Antonius de Rooy. *Minerva glauco lumine est, Venus paeto.* B. Anton. *munera flavo lumine Venus peto.* Guelf. 704. item *est* omitt. Taur. Put. Guelf. 703. *lumine Venus leto* Guelf. 705.

5. *frontem comatos*] *fronte crinitos* Faur. Baluz. Put. Guelf. 704. 705. *frorenti crinitos* Colb. *frontes crinitos* Guelf. 703. *frontem cruentos* Scaliger. Anton. i. e. rubros, quia Fauni minio sunt rubricati. *frontem crinitos* m. Lindenbr.

6. *deum*] *deus* Guelf. 703.

7. *Lemni dispares*] *Lemni quae d.* Guelf. 705.

8. *semper*] *semper et* Guelf. 705.

10. *inter hos*] Guelf. 703. *inter hoc* Guelf. 705. *inter haec* vulgo, defendente Ouwenio in Noctt. Hag. p. 281.

11. *Priapo*] *deus Priapo nemo mentulatior est* Put.

1652.

Anth. IV. 38.

4. *chirurgique*] *chirurgamque* Faur. Put. *cirurgicamque* Baluz. Guelf. 705. 704. 703.

5. *me*] *me duci medicis nimisque* m. Lindenbr.

6. *puta*] ultima brevi. Conf. Ramshorn. L. Gr. p. 1043. Heindorf. ad Horat. sat. II. 5, 32. *puto* Anton.

7. *verebar*] *videbar* Guelf. 704. Put.

11. *quam*] *qua* Faur.

12. *compar*] Scaliger. *parva cum similisque* Faur. *parva et consimilis* Baluz. Put. Guelf. 703. 704. 705. *parve et consimilis* Colb. *parque* Anton.

14. *nutu*] *vultu* Guelf. 705. 704. 703.

1653.

Anth. VI. 39.

1. *simpliciter tibi me*] *implicer tibi me* Put. *me tibi* Guelf. 703.

4. *quod peto*] construo *si dederis id, quod peto, accipies, quod petis.* *quod petis*] *quod cupis* Guelf. 703.

1654.

Anth. VI. 40.

3. *pingitur*] an *fingitur?*

4. *formosissimus*] *formosissimus est apollo* (cupido) *omnium* Faur. Put. Guelf. 703. 704. 705. *formosissimus omnium est Apollo* (cupido) Baluz. Colb.

8. *fatui*] *statui* Guelf. 705.

1655.

Anth. VI. 41.

1. *tuburanas*] *suburbanas* Baluz. Guelf. 703. 704. 705. *Thelesina* m. Lindenbr.

2. *puto*] *puta* Guelf. 703.

suo est] deest *est* Guelf. 704. 705.

4. *hunc-habent*] *hanc-habet* Baluz. *hanc-habent* Guelf. 703. 704. *hoc* m. Lindenbr.

1656.

Anth. VI. 42.

1. *venerit huc*] *huc venerit poeta fiet* Faur. *venerat* Guelf. 703.

4. *ficosissimus*] *ficosissimus al. iocosissimus al. fucosissimus* Guelf. 705. *focosissimos* Guelf. 703.

1657.

Anth. VI. 43.

1. *Aristagoras*] *Aristogoras* Guelf. 704.

2. *de cera facili*] m. Vossianus. Scaliger. *de cera facta* vulgo, nec aliter codices Silligii. *de cera picta* Hand. ad Gronovii Diatr. I. p. 164.

1658.

Anth. VI. 44. dico

1. *loquor*] *dico* Guelf. 705. 704. 703. Faur. *loquor* Baluz.

2. *per*] deest Guelf. 705.

3. *deprensos*] *deprehensos quoque ter* Faur. *terque* Put. *deprehendens* Colb. *deprensos quoque ter* Guelf. 703. *deprehensos ter* Guelf. 704.

4. *ne*] *non* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703. 704.

1659.

Anth. IV. 45.

1. *dicas*] *dicis* Guelf. 703. Ouwens. in Noctt. Hag. p. 283. explicat: *Quid dicas puellam illam, quae mentulam meam osculatur, velle hanc hastam licet ligneam, hoc est, ab hac hasta petere.*

3. *dixit*] *defit* Put.

4. *veris usibus*] *lusibus* Heins. *verae viribus* Ouwens.'
rudis] *nudis* Baluz.

1660.

Anth. IV. 46.

1. *rigidus*] *rigidum* Put.

3. *similis foret*] *foret similis* Guelf. 703.

4. *cinaede*] *cinaedo* Put. Bal. Guelf. 705.

5. *torqueasque*] *torquearis* Faur. Baluz. Colb. Guelf. 703. 705. *usque quo torquearis* Put. *usque quae torquearis* Guelf. 704.

6. *num tandem*] *non tamen* Guelf. 705.
est] *es* Scioppius. Extare in Baluz. *est* testatur Silligii manus.

7. *quam*] *qui* Faur.

1661.

Anth. VI. 47.

1. *Mauro*] *moro* Guelf. 704.

2. *sed morbosior*] codd. Sillígii. Scioppius. Anton. *O sed mollior* vulgo.

4. *ursis*] *ursibus* Guelf. 705.

5. *Medis*] *mediis laxior melicisque libratis* Guelf. 705. *Medis lassior Indicis libratis* Colb. Put. *Medis laxior Indicis libratis* Baluz. Guelf. 703. 704. *M. l. I. bactris* Faur.

6. *mantes hic licet*] Alciatus. Anton. Du kannst zwar bleiben, aber ich wollte lieber, du gingest davon. *manes hic licet* vulgo. *mallem scilicet, ut libenter ires.* Is. Vossius. *manes hic licet et libenter erres* Faur.

8. *erucarum*] *caricarum* Guelf. 705.

9. *teram dolemque*] *terra dolem* Guelf. 705. *dolem teramque* Guelf. 703.

10. *cunni*] *cum* Guelf. 704.

1662.

Anth. VI. 48. Iambici scazontes.

1. *qui*] *hic* Put.

3. *rivalem*] *rivales* Put.

5. *et ipse*] *at ipse* Broukhusius. *ut ipse* Colb.

longa nocte] *nocte longa* Put. Faur. Colb. Guelf. 703. 704. 705.

6. *erucis*] *caricis* Guelf. 705.

1663.

Anth. VI. 49.

1. *quod*] *qui* Put.

2. *significor*] *significo* Faur.

3. *nec*] *non* Colb. Faur.

5. *cum*] *quom* Guelf. 703.

1664.

Anth. VI. 50.

1. *tectoria*] *tentoria* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703.

4. *mentula*] *mea* Baluz.

1665.

Anth. VI. 51.

3. *et non*] *et nec dat mihi nec negat se daturam* Guelf. 705. *et nec* Faur. Put. Guelf. 703. 704.

4. *causasque*] *que* deest Faur. Baluz. Colb. Guelf. 705. *causas usque* Guelf. 703.

6. *cum paribus*] Guelf. 705. Colb. Faur. Scaliger. *comparibus* vulgo. *similibus* Guelf. 703. 704. Put. Baluz.

nostris] *nostrae* Baluz. Guelf. 704. Heinsius.

7. *cingemus*] *cingimus* Guelf. 703.

1666.

Anth. VI. 52. Wernsdorf. Poet. T. VII. p. 128. Iambici scazontes.

1. *negoti*] *negocii* Guelf. 705. 704. 703. *negotii* vulgo.

3. *in nos incidit*] *incidat in nos* Put. *quisquis non incidat* Guelf. 703.

5. *est*] deest Guelf. 705.

6. *flava legit*] Baluz. *flavae legis arctheae* Guelf. 705. *flava legis arete* Faur. *flava legis orchiae* Put. *flava non tegis ateete* Colb. *flava rethis arethe* Guelf. 703. *legis crethe* Guelf. 704.

7. *adserenda*] *asservanda* Faur. Baluz. Colb. *asservata* Guelf. 704. *observanda* Put. Guelf. 705. *observata* Guelf. 703.

8. *tanto q. periculo*] *tanta q. pericula* Guelf. 703.

9. *magisque*] *magisve* Anton.

prunum] *primum* Guelf. 705.

11. *praesigne*] *praefigere* Put.

12. *quam vocant A.*] *quae vocatur aulana* Faur. *quam vocatur alna* Baluz. Put. Guelf. 705. *quae vocatur alvo* Colb. *quae vocatur alna* Guelf. 703. 704. *quae vocatur Albana* Scaliger. Heinsius.

14. *non brassicarum*] Scaliger. Anton. *brassicarum fero gloriosior caulis* Faur. Baluz. Colb. *brassicarum foro gloriosior caulis* Guelf. 703. 705. *brasicarum fere gloriosior* Guelf. 704. *brasicaeque fero gloriosior* Put. *non brassicarum ferre glorior caules* B. Wernsdorf. *non brassicae fero gulosior* vulgo.

15. *betasve*] *betave quantos* Baluz. 1m. *betasve quanta* 2m. *betaeve quantos educat nullus ager* Put. *betteve* Guelf. 705. *betereortos-nullos* Guelf. 703. *bleteve* Guelf. 704.

16. *suum caput*] *super caput* Faur.

17. *quemquam*] *quanquam* Baluz.

18. *ad ocymum*] *acimumve cucumeresque* Guelf. 705. *cucumeresque* Baluz. *acimumque cucumeresque humi* omisso *fusos* Guelf. 703.

19. *credo sessilesve*] *crede scissilesve* Guelf. 705. *credas* Put. *venire sessiles crede* Guelf. 703.

20. *nec ut*] *sed nee ut s. n. tollant* Guelf. 703.

21. *mentamque*] *mentamve* Guelf. 703. 705.

22. *acresque*] *acresve* Put. Colb. Guelf. 705. Scioppius. Anton.

alliumque fibratum] *alliumque furhtum* Faur. Baluz. Put. *aleumve furatum* Guelf. 705. *aleumque furatum* Guelf. 704. *alumine furatum* Guelf. 703.

23. *cuncta, nostro*] Scaliger. Anton. *quae cuncta quamvis nostro habemus in septo* vulgo. *conta nostro quamvis habeamus* Guelf. 705. *quamvis mō habeamus* Faur. *habeamus* Colb. Guelf. 705. 704.

27. *convolatis*] *evolatis* Guelf. 703.

28. *et vos hoc ipsum*] *et nos* Faur. Put. Colb. *Hoc vos et ipsum* Santenius ad Terentianum p. 254, cum *hoc* numquam corripiatur. Sed

Lennepius in Addendis ad Terentianum p. 434 hoc praeceptum infirmare studet. Conf. Ramshorn L. Gr. p. 1042. *Et vos id ipsum* Avancius.

1667.

Anth. VI. 53.

3. *stator*] *statis hic libidinosius* Guelf. 705. *statis* Guelf. 704. 703. *status* Put.

4. *alternis*] *alterni sed eundo* Guelf. 704. *alternis et eundo et redeundo* Faur. *sed eundo* (*subeundo* nego) *et exeundo* Baluz. Colb. *sed eundo et redeundo* Put. Guelf. 703. 705.

5. *porta*] *portam te facient* Colb. *potentiorem* Guelf. 705.

6. *accedent*] *accedant* Guelf. 704.

7. *peculiati*] post v. 7. leguntur in Put. *vinna canus huc subinde venit.* — *pensibile* Colb. *pensibus* Faur.

9. *partem*] *partum* Guelf. 703. 705.

10. *nihilo*] Scaliger. Bentlei. ad Hor. Serm. I. 5, 67. bisyllabum est *nihilo.* — *nihil* vulgo. *et nil* Put. *et nil dexterius mimiciatus* Colb. *mutiniatus* Faur.

11. *qui*] *si* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703. 704. 705.

malum] *malo* Pithoeus. B.

12. *tantum sciet*] Guelf. 703. 704. 705. Faur. Baluz. Put. Colb. *tantum hic sciet* vulgo.

1668.

Anth. VI. 54.

2. *alti*] *altos* Guelf. 704. 705. Colb. Put. Baluz. Faur.

cita] Guelf. 703. 704. Colb. Tollius. *sua* vulgo. musta cita der brausende Most.

6. *boni*] *bonum* Baluz. *bonis* Guelf. 703.

1669.

Anth. VI. 55. Epigramma spurium iudice Burmanno.

2. *D*] *te* Put. Baluz. Faur. Guelf. 703. 704. 705.

1670.

Anth. VI. 56.

1. *posset*] *possit* Guelf. 703.

2. *subripuisse*] *surripuere* Colb. Baluz. Faur. Guelf. 704. 705. 703. *de manibus* Guelf. 703.

3. *tam me*] *me tam* Faur. Baluz. Guelf. 704. 705.

4. *veros*] Guelf. 705. B. *iustos* vulgo.

5. *perdidero*] *perdiderim* Guelf. 703. 705.

6. *Lampsace*] *lausace* Guelf. 704.

1671.

Anth. VI. 57.

2. *minanti*] *minitanti* Guelf. 703.

3. *heu heu*] *heu me miserum quid ista lignum.* omisso *est* Guelf. 703. 705. *heu me* Faur.

ista] sc. mentula. *hasta* Salmasius. B.

4. *me*] deest Guelf. 705.

5. *domino tamen*] *tamen deo* Guelf. 705.

1672.

Anth. VI. 58.

2. *turba et putrida*] *turba putida* Faur. Baluz. Guelf. 704. *turba putrida* Put. *turba putrista* Guelf. 703. *turba pudica* Colb.

4. *Tithoni*] *Titonique* Guelf. 705.

6. *desit*] *desim* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703. 704. 705.

9. *roget*] *rogat-fiet* Guelf. 703.

8. *si nummos*] *si minus hoc tamen habet* Guelf. 705. Hic versus spurius esse videtur Barthio et Antonio. Atque Weberus eum prorsus delevit.

1673.

Anth. VI. 59. Iambici scazontes.

1. *quicumque*] *quicumque nostram fur fefellerit fidem* Faur. Baluz. Put. Guelf. 703. 704. *quic. nostram fur fef.* [*curam* Colb. Lindenbr. In Guelf. 705. epigramma deest.

2. *marceat procul eulo*] *imminet procul dubio* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703. 704. *verminet procul culo* Is. Vossius.

4. *nullum invenerit*] Salmasius. D'Orville. B. *nullum inveniat* vulgo, metro violato. *non ullum inveniat* Anton. *nullum inveniet* Guelf. 703. *nullum reperit* Faur. *n. reperiat* Baluz. Colb. Guelf. 704. *n. reperiet* Put.

1674.

Anth. VI. 60.

1. *praedictum*] *praedicta* Put.

2. *ibis*] *eris* Baluz. Put. Guelf. 703. 704. 705. Lindenbr.

1675.

Anth. VI. 61.

1676.

Anth. VI. 62.

3. *autumnis*] *autumque* Guelf. 703. *autumnus* Guelf. 704.

6. *germine*] *germen* Guelf. 705. *excientes* Guelf. 703. a m. *germen exuentes* ms. Heins. B.

aflavit

7. *ustulavit*] *afflavit* Guelf. 703. *scevi f. ustulavit* Guelf. 705.

8. *pluviaeve*] deest *ve* Guelf. 704. *pluvia nec siccitasve* Guelf. 703.

11. *anser*] *auster* Faur.

13. *sed quod*] *sed quia* Faur.

1677.

Anth. VI. 63.

custodiat

1. *custodiet*] *custodite* Guelf. 705.

1678.

Anth. VI. 64.

1. *Purum est, mihi*] Scioppius. *Parum est, miser quod hic fixi sedem* vulgo versu truncato. *Parum est mihi quod hic fixi sedem* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 704. *parum est mihi quod hic fixi fidem* Guelf. 703. 705. *Parum est, meam miser quod hic fixi sedem* Weberus. *parum est, quod hic fixi mihi miser sedem* Auton.

2. *terra*] *terram* Guelf. 704.

3. *sustinens diu*] *sustinemus aestatem* Baluz. Guelf. 704. *sustinens aestatem* Put. Guelf. 703. 705. *siticulosae sustinens diem aestatis* B.

4. *parum, quod* etc.] Scioppius. *parum, quod imi perfluunt sinus imbres* vulgo. *quod meos superfluunt* Faur. *parumque imi p. sinus* Baluz. *quod imi perfluunt* Colb. *imis superfluunt sinus* Guelf. 703. 705. *imos superfluunt* Guelf. 704. *parumque sinus superfluunt imbres* ms. Vatican. *Parum, quod imos perpluunt sinus imbres* B. *parumve, quod superfluunt sinus imbres* Scalig. Anton.

6. *rigetque*] *riget dura b. vincta cristallo* Guelf. 703.
duro] Faur. Heins. *dura* vulgo.

7. *parum, quod*] *parumque actam — lucem* Guelf. 703.

9. *terribilem deum*] *deum* deest Faur. Put. Guelf. 705. *terribiles fuste* Baluz. Guelf. 704. *quod terribilem fuste* Guelf. 703. *Huc adde, quod me fuste de rudi vilem* Scaliger. Sed adnotat Lachmannus ad Propertium V. 5. p. 367. *Quem locum frustra sollicitari existimo, dum anapaestum in inpari tantum sede admitti a grammaticis sibi persuaderi sinunt, quae regula Graecis certe numquam nota fuit.* — *terribilem deum e fuste* Anton. *quod me tortilem deum fuste* Barthius Adv. l. XXI. 3.

10. *rusticae*] *rustice* Faur. Baluz. Guelf. 704.

11. *ultimum*] Scioppius nec aliter codd. Silligii. *vilius* vulgo.

13. *inpudentiae*] *inpudenti* Guelf. 704. 703. *istis accedit inpud. sig.* Faur.

14. *pyramis*] *pirami* Guelf. 705.

16. *fututore*] *futuitore* Guelf. 705.

17. *quo tot* etc.] Heins. *Quo tot figuras quot Philaenis enarrat non admovetis pruriosa discedit.* ms. Ubaldini. *quae tot figuris, quot Philaenis enarrat, Non inventis pruriginosa discedit* vulgo. *Quae ut tot figuras, quot Philaenis enarrat, Non invenit, pruriginosa discedit* Scioppius. *quae tot figuris — non ad inventis pruriosa* Faur. *quae tot figuras quas — non invenit pruriosa* Baluz. *quae tot figuras — non inventis pruriosa* Put. Guelf. 704. *quae tot figuris quod Ph. e. discedit inventis pruinosa nostrique* Guelf. 703.

1679.

Anth. VI. 65.

1680.

Anth. VI. 66.

1. *hic tibi, qui*] *haec tibi quae* Guelf. 703. 705. *hec* Baluz.

2. *caeditur e tepida*] *cedetur tepida* Guelf. 703. *ara* Faur.

3. *exanimum*] *extraneum* Put. Baluz. Faur. Guelf. 704. *extraneus* Guelf. 705.

omne] *esse* Guelf. 703.

1681.

Anth. VI. 67.

3. *nimirum*] *nimirum tibi* Gronovius. *Nae mirum, nisi* Ouwens in Noctt. Hag. p. 284. *nisi timeas videri* Guelf. 705.

4. *concupiscis*] *concupisti* Baluz.

1682.

Anth. VI. 68. Epigramma spurium esse Burmannus opinatur.

1. *Didus fac*] Heins. *Dido fac* Faur. Guelf. 703. 704. 705. *Didonis prima sequetur* vulgo.

2. *Cadmi*] Put. Scriverius. *cani* vulgo. Forberg. p. 333. *canis* Guelf. 705. *capitis* Baluz.

3. *quodcumque* etc.] ms. Heinsii. *quotque fit ex illis, mihi tu deprensus in horto* vulgo.

tu mi] Faur. *tu mis* Guelf. 703. 704. 705. Componitur vox *paedicare.*

4. *tua*] *tibi* Guelf. 704. a 1m.

1683.

Anth. VI. 69. Coniunxi carmen 69 et 70 auctoritate ductus Fauriani.

4. *cogor, Homereas*] Bentleius ad Horat. Art. Poet. 120. *cogor. Homeriacas* Heinsius. *carpsi meracas* Guelf. 705. *coris meracas* m. Lindenbr. *choris merachas* Baluz. *chorie merarchas* Put. *choris meracas*

Guelf. 704. *constitui meracas* Guelf. 703. *constituique meras* Scioppius. *constiti*, *Homeriacas* vulgo.

5. *ille vocat* etc.] Gronovius. Heinsius. *Psoleon ille vocat*, *quod nos Psoloenta vocamus* vulgo et Scioppius. *psolonenta* Guelf. 705. *psolenta ceraunon* Baluz. Put. *psoloenta cerauno* Guelf. 703. *quod psolenta ceranon* Guelf. 704. *quod nos psoleon*, *ille vocat ψολόεντα κεραυνόν*; Anton.

7. *ομερδαλίον*] Anton. *smerdalion* Faur. *merdaleon* Baluz. Put. Guelf. 704. *merdalion* Guelf. 703. *herdalion* Guelf. 705.

nisi] *in se* Guelf. 704. *si res non munda* Weber.

8. *smerdalea*] *smerdaleum est* Faur. *merdalea* Baluz. Guelf. 704. *mentalea* Put. *mendalis* Guelf. 703. *mendalia* Guelf. 705.

9. *quid?*] *qui* int. Homerus. Heins. *quod* Guelf. 703. Ab hoc versu vulgo carmen 70 incipit.

Troica] *Troïa* Heins.

11. *nota*] *nata* Heusinger in Lessingii Symbol. III. p. 108. Anton. *tenta* Heins.

16. *tensior*] *tentior* Baluz. Put.

17. *nota*] *nata* Scioppius. Anton. Sed Faur. Baluz. Guelf. 703. 704. 705. *nota* habent.

18. *illa*] *ille* Guelf. 705.

19. *Ulixi*] Put. Guelf. 703. 704. *Ulixis* Faur. Guelf. 705.

20. *hunc*] *hanc* m. Vatic. B.

21. *hinc*] *hanc* Put. *hic* Guelf. 704. Heins.

22, *μῶλυ*] *tmoli-tmoli* Faur. Baluz. *thmoli-thmoli* Put. *moli-moli* Guelf. 703. 704. *thinoli-thinoli* Guelf. 705.

23. *hinc*] *hic* Guelf. 704. Heins.

Calypso] *calipson* Guelf. 703. 705. *athlantidamque calipson* Put. Guelf. 704. Conf. Schneider. L. Gr. p. 300.

24. *vasa petisse*] Faur. Baluz. *vasa perisse* Guelf. 704. *iussa tulisse* vulgo. *vasa tulisse* Guelf. 703. *iussa petisse* Put.

27. *tamen ille*] *vir ille* Guelf. 705.

28. *mens*] *spes* Guelf. 703. 705.

29. *quaeras*] ms. Ubaldini. *visas* vulgo.

32. *arrectos*] *errectos* Guelf. 705.

34. *sive fuit* etc.] m. Vatic. *sive illi laterum*, *seu fuit artis opus* vulgo. *sive erat artis opus* Put.

35. *vos nunc*] Baluz. Put. Guelf. 704. 705. *modo vos* vulgo.

36. *sciero*] *sensi* B. Add. T. II. p. 700.

37. *lege*] *parte* Faur. Guelf. 703.

38. *factus*] *natus* m. Holstenii. B. Weber. v. Hand. ad Gron. Diatr. I. p. 164.

1684.

Anth. VI. 71.

3. *aestimato*] *extimato* Guelf. 703. 704. 705.

4. *mentula*] *quot pondo tibi mentulam est cacandum.* Guelf. 705. *quot pondo est tibi mentulam cacandum* Guelf. 704. *est* deest Guelf. 703. *qui p. t. mentula cacanda* Baluz.

1685.

Anth. VI. 72.

1. *illusit*] *illa mi pauper et inq.* Faur. *illa fit* Baluz. Guelf. 705. Put. *illa fit in pauper* Colb. *illa mihi pauper fit inqu.* Guelf. 703. *ira fit mihi* Guelf. 704.

2. *qui libum*] *cum libido dederat* Guelf. 703. *cum libido deerat* Guelf. 705. *libo* Faur. *quom verbum dederit* Put. *cum* Guelf. 704.

3. *quare*] *quarum* Colb. Faur. *quarum-abditis in inguen* Guelf. 705. *abditis in unguem* Put. *inguen* Baluz. a 1m.

4. *hinc abit*] *hic abibit* Baluz. *abibit pacto* Guelf. 703. *abibit* Guelf. 704.

5. *huc*] *hac* Faur.

6. *nidorem*] *odorem* Guelf. 703. 705.

8. *rigendo*] *rigando* Guelf. 703. Wakef. ad Lucret. IV. 1023. i. e. commingendo. *liceat* Put.

9. *at*] *aut* Baluz. *huic* Colb.

10. *famelicorum*] *famelicarum* Faur. *nec* Put.

1686.

Anth. VI. 73.

1. *carpes*] *capias* Guelf. 703.

2. *quid*] *quia* Guelf. 703. *qui* Heins.
eris] *erit* Baluz.

1687.

Anth. VI. 74.

1. *cura*] *tutelam pomarii diligens Priape facito*
rubricato furibus minare mutino.

Faur. Baluz. Put. Guelf. 703. 704. 705. *tutela p. d. P. f. rubacato furibus rumere marino* Colb. *curam pomari diligens Priape facito rubricato furibus minare mutino* m. Vatic. *furi rubricato minare mutonio* Anton. *Pomarii tutela diligens, rubro, Priape, furibus minare mutino.* Scioppius.

1688.

Anth. VI. 75.

1. *movear*] *moveat* Guelf. 704. *moneat* Put. Colb.

2. *braccica mala*] Anton. *bracchia macra* Put. Colb. Baluz. *brachia macra* Guelf. 703. 704. *brassica macra* Faur. *bractica macra* Guelf. 705. *μακρὰ βραχεῖα* vulgo. *bracea mala* Freund in Lexico suo s. v.

1689.

Anth. VI. 76.

1. *obliquis*] *o quid me paticae* Baluz. *o quid me patici* Put. *obliquis quid me pat.* Guelf. 704.

2. *in*] deest Faur. Baluz. Guelf. 705. *stat non ingainibus* Guelf. 703.

3. *et*] deest Guelf. 705.

4. *aram*] Interpretatus est Forberg. ad Antonium Panormit. p. 197. Aram enim puellarum cunnum esse vult, ad quem veluti ad aram Priapi solet mentula facere libamenta. *arram* Guelf. 705. *arrham* Lessingius Opp. T. I. p. 264.

6. *petet*] *petat* Faur. Guelf. 703. *petit* Baluz. Colb.

1690.

Anth. VI. 77.

2. *Dodone* etc.] m. Vatic. *Dodona tibi I. sacrata est* Faur. Baluz. Put. Guelf. 703. 704. 705. *Dodona est tibi, Iupiter, sacrata* vulgo.

2. *Diti undae et*] Anton. *Mycena Diti: undae Taenaros* vulgo. *Diti uda Taenaros* D'Orville. *Diti unda est Taenaris* B. *micene dites undae tenedos equoreoque* Guelf. 703. 704. 705. Baluz. Put. *mycenae dites undarum Tenedos marisque regi* Faur.

4. *tuetur*] *tutetur* Guelf. 703.

5. *Pythius*] *phitius* Baluz. Guelf. 704. 705.

7. *Maenalon*] *Maenalos* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703. 705.

8. *est tutela*] *tutela rhodos est* Faur. Baluz. Put. Colb. Guelf. 703. 704. 705.

12. *Ennaeae*] *Ethnee* Guelf. 705. *Athenae C. nimis* Guelf. 703. *Ethnee-murus* Guelf. 704.

13. *Cyzicos*] *cocytos* Faur. Baluz. Colb. Guelf. 703. *cocythos hostreo la* Put. *coacos hostreola* Guelf. 704. *cocitus* Guelf. 705.

15. *mortales*] *et patres mihi lampsacon* Faur. totus v. deest. Put. Colb. Guelf. 703. 704. 705.

1691.

Anth. VI. 78.

2. *albicet*] *albicat* Guelf. 703. a 2m. *quod sum — albicat* B.

3. *deprensos*] *deprehensos* Guelf. 704. Faur.

4. *Priamum*] *priapum* Guelf. 705.

5. *stomachum mihi*] *mihi stomacum* Faur. Guelf. 703. 705.

6. *qui*] *quid* Faur.

9. *admittere*] *admittetur* Guelf. 703. *amittere* Put.

11. *expiare*] *expirare* Faur.

17. *putaret*] *quis ergo putarit* Put.

18. *abstinerem*] Faur. Colb. *lusus-abstinerem* Baluz. Guelf. 704. *ut elusus-abstinemur* Put. *abstineret* vulgo.

21. *fibulam*] *seputam* Baluz. Guelf. 703. 704. 705.

1692.

Anth. VI. 79.

1. *at*] *ah* Anton. — *escam* Baluz. Put. Guelf. 703. 704. 705.

2. *cunnilinge*] *cunniligni* Guelf. 703. 704. 705.

3. *fortis*] *foris* Put. Baluz. Guelf. 703. 704. 705.

4. *celer*] *celerique passu* Faur. Baluz. Colb. Guelf. 703. 704. 705.

5. *Landace*] *laodice* Faur. *laudices* Baluz. Put. Guelf. 704. *ludices* Guelf. 705. *lauodices* Guelf. 703. *Labdace* Scaliger.

6. *fossis*] *ficis* Munkerus.

1693.

Anth. VI. 80.

1. *tento*] *tenero* Baluz. Put. Guelf. 703. 704. 705.

2. *hic tibi*] *exprobravit tibi hanc suo* Baluz. *hanc* Put. *hocne tibi suo* Guelf. 703. *exprobavit hanc* Guelf. 704. 705.

4. *es*] Scaliger. *est* vulgo. nec aliter codd. Silligii.

1694.

Anth. VI. 81.

1. *at non*] *at non longa bene bene stat non mentula* Put. *longa bene non stat bene* Baluz. *longa bene non stat huc mentula* Guelf. 704. *at nunc longa satis, nunc stat* Tollius.

4. *haec aliud*] *haec aliquid* Guelf. 704. *hoc* Guelf. 703.

maius eo] *mole sua* ex mss. Is. Vossius. *maius ea* Anton.

7. *novitasque*] *gravitasque* Put.

8. *esse*] *esse repetenda est- ista* Colb.

9. *dum vivis*] Hoc distichon in Faur. Baluz. Guelf. 705. 704. huic carmini adiunctum est. A Scaligero vero separatum editum, quia in Petronii Satyrico c. 131. legitur. Sed totum epigramma Petronii esse iudico.

sperare] *spectare* Guelf. 704. Put.

decet] *licet* in Petronii Satyrico. *debes* Colb.

1695.

Anth. VI. 82. Tibullo vindicandum est teste Scaligero, et a Lachmanno inter cetera Tibulli poemata receptum pag. 71.

1. *villicus aerari quondam*] Scaliger. *Aerari quondam custos* vulgo.

1696.

Anth. VI. 83. In codicibus Tibullo inscribi, Scaliger atque Muretus testantur, et a Lachmanno carminibus huius poetae adiectum est.

1. *hoc novi*] *hoc novum est q. i. deum nunciat* Colb. *quid hoc negotii est, quid deum ira nuntiat* Faur.

3. *cum iaceret*] *cum iam ecce abditus* Colb. *tepenti* m. Rehdigeranus.

4. *fuit*] *erat* Faur.

quieta] *vieta* Heinsius.

5. *caput*] *iners senile caput extulit* Colb.

